






BIBLIOTHECA
BIBLIOTHECARUM
MANUSCRIPTORUM
NOVA.
TOMUS PRIMUS.

BIBLIOTHECA
BIBLIOTHECARUM
MANUSCRIPTORUM
NOVA:

Ubi, quæ innumeris pene Manuſcriptorum Bibliothecis continentur, ad quodvis Literaturæ genus ſpectantia & notatu digna, deſcribuntur & indicantur.

Autore R. P. D. Bernardo DE MONTFAUCON,
Benedictino Congregationis Sancti Mauri.

TOMUS PRIMUS.





PARISIIS;
Apud BRIASSON, via Jacobæa, ad Inſigne Scientiæ.

M. DCC. XXXIX.
CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.



EMINENTISSIMO

D. D. CARDINALI

ANDREÆ-HERCULI

DE FLEURY,

REGNI FRANCORUM ADMINISTRO.

JAM pridem a me susceptum opus ut tibi, EMINENTISSIME CARDINALIS, *nuncuparem, multa suadebant, in primis vero quod Bibliotheca Regia maximam ejus partem occupet; Bibliotheca, inquam, illa, quæ cura sollicitudineque tua tot accessionibus locupletata est, ut Ptolemaicæ & Attalicæ memoriam obruat, cæterasque nunc in Europa præcipuas & numero & præstantia librorum, præsertim Manuscriptorum, longe retro relinquat.*

Hac ratione, PRÆSUL AMPLISSIME, *Eruditorum cujusvis generis tibi animos*

devinxisti : quandoquidem nulla est disciplina, nullum μαθήσεως *genus, ars nulla, cui ex hac Bibliotheca nova mutuari ornamenta non liceat. Hic operam dare poterunt Theologi, Philosophi, Mathematici, Geographi, Historici, Chronologi, Medici, tum etiam ii qui mansuetiores Musas sectantur, Poëtæ, Oratores, ac qui veterum scriptorum libris expurgandis incumbunt, quod genus literaturæ summe est ab Eruditis ævi nostri frequentatum : uno verbo quotquot in literis divinis humanisque versantur, hic ad ingenium exercendum adjumenta nova reperient.*

Hæc mihi stimulo fuere ut Bibliothecam istam cum aliis pene innumeris perenni memoriæ mandarem, novamque scriptorum fere omnium collectionem conspectui tuo sisterem, ut tuis auspiciis literarium orbem felicius adeat. In partem officii veniant oportet quotquot literarum amore tenentur indigenæ & exteri : spes enim est te duce liberales disciplinas omnes mutasque artes majora in dies incrementa splendoremque novum esse consequuturas. Pro mea certe virili parte nihil eorum neglexi, quæ & tantæ Bibliothecæ & tot aliarum dignitas postulare videbatur ; ita ut si studium vires æquaverint, res cesserit ex animi sententia.

Nec literati modo tua fruuntur ope, VIR AMPLISSIME, *ſed ea ad omnes perinde manat cujuſvis generis & ordinis homines. Inter illa vero quæ ad Regni totius felicitatem tam probe geſſiſti, primas tenet Regis noſtri* LUDOVICI XV. *educatio : nemoque non fateatur talem curam neminem potuiſſe vel fidentius ſuſcipere, vel cumulatius præſtare. Abs te enim ſic inſtitutus fuit, ut a primæ juventutis flore, virtutis ipſi quam ætatis fuerit curſus celerior : & ſtatim atque maturior eſſe cepit ſpecimina dederit animi & ingenii ad ſumma nati : tunc vero magis enituit; cum te*, VIR SAGACISSIME, *Regni moderatorem delegit.*

Hujuſmodi conſilium quam feliciter ſuſceperit res ipſa probavit & in dies clarius enunciat. Etenim in hac ceu ſpecula poſitus, ſic omnia temperas, ut ſingulis par munus occupantibus documento eſſe poſſis. Te comem & aditu facilem cunctis exhibes, ita tamen ut nihil ex gravitate comitas, nihil facilitas ex officii dignitate decerpat. Quis non miretur te, EMINENTISSIME CARDINALIS, *cum tanta polleas auctoritate, nullum rei familiaris augendæ ſtudium exhibuiſſe? Quod certe unicum ſuppetit exemplum poſteris proponendum. Quis non ſuſpiciat tuam in bello in-*

ferendo & in pace concilianda dexteritatem atque prudentiam :

Ad has vero & cæteras animi tui dotes celebrandas oratore summo esset opus, quapropter hic mihi gradum sistere visum est, ne ultra metas progredi meas videar. Ut vero te, VIR EXIMIE, *tam erga omnes beneficum & commodum, tam Literatis opportunum, ad longissimum annorum curriculum numen conservet, id summis votis expetunt omnes, qui disciplinarum & artium amore tenentur, sed in primis efflagitat,*

VIR EMINENTISSIME,

Obsequentissimus & addictissimus servus
BERNARDUS DE MONTFAUCON.

PRÆFATIO



PRÆFATIO

ET CONSPECTUS OPERIS CUI TITULUS

BIBLIOTHECA BIBLIOTHECARUM NOVA.



QUÆ mihi occasio, quæ causa fuerit hujus suscipiendi & publicandi operis, hic paucis proferam. Cum Italicas Romanasque Bibliothecas lustrarem, ac pro concessa facultate manuscriptos Codices evolverem, quæ mihi præcipua videbantur esse annotavi, Catalogos quoque Bibliothecarum texui, quorum magnam partem in Diario Italico edidi anno 1702. Neque tantum notas illas Codicum, quas meapte operâ adornaveram, in scriniis deposui, sed etiam Bibliothecarum & Manuscriptorum Catalogos Collegi undique, ita ut ampla hujusmodi supellectile instructus, in Galliam remearim anno 1701.

Redux Lutetiam, à cœpto minimè destiti; sed Sodalium & Amicorum operâ diuturnum colligendis per Galliam Manuscriptorum Catalogis studium adhibui, & tam feliciter conatus cessit, ut innumeri penè collecti fuerint ex Monasteriis, vel ex Ecclesiis & ex Litteratorum Museis. His advigilanti ceu cumulus accessisse videtur, quando Cosmus III. Magnus Hetruriæ Dux, me rogante, Autographum Catalogum celeberrimæ illius Bibliothecæ Laurentianæ, quem Doctissimi duo Viri per decennii spatium confecerant, perhumaniter mihi transmisit exscribendum; nam qui pridem emissus fuerat, non tanta accuratione concinnatus erat, ut quisque videre possit. Hæc tam multa nactus cogitare cœpi quo pacto messis illa copiosa in aliquem usum fructum mihi & amicis cedere posset. Votis meis adstipulantem inveni *D. Joannem le Maistre* Sodalem nostrum, qui pene totum sua manu exscribendum & amplo indice locupletandum suscepit, ac post diuturnum laborem, tantum opus absolvit anno 1720. quod duobus in folio tomis compactum est.

Magna hinc mihi utilitas, magnum Litteratis amicis, qui castigandis Scriptorum veterum & aliorum libris operam navant, commodum emersit. Hic statim percipiebatur quot Codices Scriptoris cujusque habeantur in Centenis fere seu Italicis, seu Gallicanis Bi-

bliothecis vel Museis; idque in quovis genere Μαθήσεως; in Græcis maxime atque Latinis, in aliisque linguis vel Dialectis, in iis etiam quæ ad Historiam vel Disciplinam cujuslibet ævi & gentis pertinent, quorum multa Gallico, non pauca Italico, quædam etiam Hispanico vulgari idiomate descripta sunt. Rem experti sunt multi, tam nostratium quam exterorum, qui collectionem illam consultum venerunt. Hi auctores mihi erant ut opus illud publici juris facerem, & typis mandari curarem. Neque illis statim morem gessi, tum quod aliis distentus negotiis, huic manum & operam admovere non valerem, tum quod ad hujus operis perfectionem non parva accessio desiderari mihi videretur. Instabant illi dicentes me jam ætate provectum esse, ac si re non peracta è vivis excederem, opus illud in latebris esse mansurum.

Demum postquam Monumentorum & Historiæ Francicæ opus absolveram, urgentibus manus dedi, & ineunte Junio anni 1733. collectionem illam lustrandam, augendam, emendandam suscepi. Multa quæ mihi ab anno 1720. allata fuerant operi adjicienda destinavi, quodque operosius erat, typis datos Bibliothecarum Catalogos adii, & quæ selectiora Literatisque cujusvis generis opportuniora erant, inde excerpsi, aliis prætermissis, quæ vel in Bibliothecis Manuscriptorum omnibus passim occurrunt, vel à studiosis parum frequentantur, ut sunt, verbi gratia, Menæa, Troparia, Pentecostaria, & alia ad Officium Ecclesiasticum Græcorum pertinentia, Aristotelis interpretes seu Commentatores, tum Græci, tum Latini, qui ingenti numero in Bibliothecis pene omnibus comparent, Decretalium interpretes, qui innumeri pene per aliquot sæcula viguere, & quorum scripta ne carptim quidem lustrare quisquam dignatur. Hoc ritu Bibliothecarum Cæsareæ, Coislinianæ & Anglicanarum, aliarumque omnium, quæ typis datæ fuerant, præcipua delegi, illa nempe, ut plurimum, quæ usui esse possint iis qui castigandis Auctorum libris operam navant.

Supererat ingens illa Bibliotheca Regia, quæ plus negotii facessere videbatur; Bibliotheca, inquam, omnium quæ unquam fuere amplissima, nec minus Manuscriptorum præstantia, quam numero celebranda; hanc Franciscus I. Literarum pater, Manuscriptis Græcis, Latinis, aliisque prior locupletaverat, subsequentes Reges auxerunt. Ludovicus verò Magnus tot incrementa addidit, ut cum præstantissimis Bibliothecis & pretio & numero decertaret.

Verum nulla unquam tanta fuerat accessio, quantam nunc videmus triennii spatio factam curante Francicæ rei Administro Eminentissimo Cardinale DE FLEURY, qui annuente Rege Viros doctos misit in Orientem, ut Manuscriptos Græcos & alios Orientalium Linguarum perquirerent & compararent. Illi vero cum amplissima messe reversi sunt: Bibliothecam item Colbertinam, quæ inter celeberrimas Europæ numerabatur, emit & Regiæ adjunxit, necnon Bibliothecam S. Martialis Lemovicensis, aliasque minores, ita ut necdum elapso triennii spatio, plus quam decem millia Manuscriptorum in Regiam induxerit, qui numerus Bibliothecam constituere posset optimis Europæ æquiparandam, etiam quantum ad Manu-

ſcriptorum præſtantiam. In Regia itaque Bibliotheca hodie triginta tria millia Codicum Manuſcriptorum numerantur, inter quos Græci quater mille comparent. Nulla ergo Bibliotheca uſpiam tot inſtructa codicibus viſa fuit, ne ipſa quidem Ptolemaïca, quod probatu facile eſſet, ſi per tempus liceret; neque enim plus illi tribuo, quam res & veritas ipſa teſtificatur.

Ex hac tanta Bibliotheca longe operoſius fuiſſet quæ ad inſtitutum meum pertinebant, cum delectu excipere. Sed quia ab annis pene 50. Regiam & Colbertinam, quæ jam Regiæ adjuncta eſt, admodum frequentaveram, & multa excerpſeram ex utraque, minus laboris ſubeundum fuit. Attamen utriuſque Catalogum perhumaniter concedentibus Bibliothecæ cuſtodibus, accurate legi, & quæ præcipua viſa ſunt excerpſi; cum aliis notis ſingulares quoſdam Codices ſpectantibus. Nam Regiæ Bibliothecæ Catalogus jamdiu, ſed non ita diligenter, in quibuſdam ſaltem partibus adornatus fuerat; ſecus autem Colbertinus, cui peritam manum admoverat Stephanus Baluſius ὁ μακαρίτης. Utrique autem accuratius concinnando dant operam docti viri, qui ſingulorum Codicum Catalogos, nulla re prætermiſſa, diligentius adornabunt.

Hic igitur, erudite Lector, uno intuitu compertum habere poteris, quibus in Bibliothecis per Europam exſtent cujuſlibet Scriptoris Manuſcripti Codices, ad quodvis μαθήσεως genus ſpectantes, ad Hiſtoriam veterem, recentiorem, Regnorum, Provinciarum, Urbium, Eccleſiarum, Monaſteriorum, etiamque inſignium Familiarum.

In hac porro tanta Bibliothecarum ſilva, multi Catalogi occurrunt ab imperitis hominibus concinnati, vel ab aliis qui nimis feſtinanter operi manum admoventes, non accurate nec ſine mendis plurimis & librorum argumenta & Auctorum nomina deſcripſere. Sæpe etiam accidit ut Apographa ex hujuſmodi Catalogis deſumpta, queis uſi ſumus, novis erroribus aſpergantur. In decurſu verò totius operis ſexcenta hujuſmodi errata emendavi, omnia vero non potui, quia multa nonniſi Autographorum ope, quæ ad manum non erant, corrigi poterant; alia vero ſæpe tot ſimul offeruntur, quæ vel mendum olent, vel in dubitationem conjiciunt, ut nonniſi longo temporis ſpatio, ac ſæpe divinando reſtitui poſſint.

Quapropter viſum eſt hujuſmodi curam iis relinquere, qui diſciplinas illas, de quibus in vitiatis iſtis locis agitur, pertractant, vel Auctores in quorum nomine erratum eſt, evolvunt & emendare ſtudent. Neque enim iis poteſt tantopere advigilare, cui centena hujuſmodi nomina ſæpe ſimul occurrunt, vel adulterata, vel ſuſpecta, ut mihi ſæpe accidit.

Neque modo Bibliothecarum Catalogos hic apponere viſum fuit, ſed etiam quando Codices Manuſcripti opera continent inſignia, ſingulorum operum titulos afferre non neglexi: In ſecundo maxime Tomo, ubi de Bibliotheca Regia Pariſienſi agitur, deque Colbertina & aliis nunc Regiæ adjunctis, necnon de San-Germanenſi noſtra. Sic Archivii Britanniæ Armoricæ titulos omnes notaſque appoſui, itemque Acta Comitum Sabaudiæ, Chartulariorum etiam ſæpe

aliorumque Codicum magni momenti articulos omnes consignavi, quæ omnia non ingrata Lectori fore existimo. Sic etiam ex Catalogis insignium familiarum, qui in secundo tomo sæpe occurrunt nomina quæ per A. & B. incipiunt, non raro attuli, & aliquando plures litteras adjeci, semelque monui Codices hos nobilium Familiarum nomina exhibentes, semper longè plures, etiam ex insignioribus, omittere, quam referant.

In tam multa verò rerum varietate quædam irrepsere, quæ vel explicatione, vel emendatione opus habent. Exempli causa de Fausto Andrelino Poëta Italo agentes, qui regnante Ludovico XII. & initio Regni Francisci I. in Aula Regia Francica versabatur, & Poëmata edidit in laudem eorumdem Principum ævo suo regnantium adjecimus: *Ejusdem Fausti Andrelini Ecloga ad Ludovicum XIII.* Ubi intelligas Eclogam illam non à Fausto Andrelino factam fuisse, qui à multis jam annis obierat, sed ab alio qui ex Fausti Andrelini Poëmatibus Eclogam in laudem Ludovici XIII. concinnavit. Pagina 788. de Necrologio quodam seu de vita & morte virorum illustrium ab anno 1501. ad annum 1600. quod Gallico Idiomate scriptum fuit, hanc notam attuli; *Necrologe, ou Chronologie des Hommes illustres. Histoire de leurs actions & de leur mort depuis 1501. jusqu'en 1600. par Jean Franchomme Flamand. Ce Livre meriteroit d'être donné au Public.* Hæc porro dixi postquam librum evolveram, sed narravit mihi quispiam hoc opus jam typis datum fuisse, seque illum vidisse, sed hujus typis editi libri exemplaria adeo rara sunt, ut nullum uspiam viderim.

In aliis nec paucis locis, ubi vel de Auctore, vel de ipso opere dubii quidpiam nascebatur, asteriscos apponi curavi. Hic monitum Lectorem volo in hujus Bibliothecæ decursu non raro occurrere diversos ejusdem Bibliothecæ Catalogos, cùm de minoribus Bibliothecis aut Museis agitur, quos ideo apponendos putavi, quia illi Catalogi à variis Auctoribus concinnati diversa enuntiant, ut fere fit in Catalogis illis & notis Bibliothecarum, quæ à diversa manu adornatæ fuere.



DIATRIBA

DIATRIBA PRÆLIMINARIS.

UT ex tanta Manuſcriptorum copia major utilitas percipiatur, hic ad lectoris commodum quædam præmittenda duximus. Licet enim indices alphabetico ordine poſiti ea quæ in duobus tomis feruntur, luculenter enuncient; attamen ii qui indices hujuſmodi conſulunt, ea ſolum quæ in mentem veniunt quærunt; neque ibi facile diſcent quid maxime quærendum, quid in tanta rerum ſilva cæteris anteponendum ſit.

Quapropter huic rei manum mihi admovendam eſſe cenſui: & quia hiſtoriam cujuſvis ætatis & ſortis homines frequenter luſtrare ac legere ſolent, ab hiſtoricis ſcriptoribus exordium ducam.

Priſci Hiſtorici Græci ſunt.
- Herodotus.
- Thucydides.
- Xenophon.
- Polybius.
- Diodorus Siculus.
- Arrianus qui hiſtoriam Alexandri Magni ſcripſit.
- Plutarchus qui vitas parallelas ſcripſit, &c.

Horum vero multi Codices habentur in Bibliothecis, & plerumque antiquiſſimi; ſi unum Polybium excipiamus, cujus Codices ut plurimum admodum recentes ſunt.

Græci qui Romanam hiſtoriam ſcripſere.
- Dionyſius Halicarnaſſeus.
- Dio Caſſius & Xiphilini epitome.
- Herodianus.
- Zoſimus, &c.

Qui vero Hiſtoriam Byzantinam & Imperatorum C. P. ſcripſere ante captam Conſtantinopolin anno 1453. imo etiam poſt captam urbem, ingenti numero in Bibliothecis Manuſcriptorum habentur, quorum alii cuſi, alii nondum typis dati fuere. Horum vero recenſionem alteri, cui per otium licebit, faciendam mittimus: nos enim ad alia magis neceſſaria properamus.

Latini vero qui Hiſtoriam Romanam ſcripſere ſunt,
- Meſſala Corvinus.
- Titus Livius.
- Lucius Florus.
- Velleius Paterculus.
- Aurelius Victor.
- Sextus Rufus.
- Juſtinus ex Trogo Pompeio.
- Eutropius.
- Paulus Diaconus.
- Caſſiodorus in Chronico.
- Jornandes (non enim ſcriptorum ætatem; ſed temporis & hiſtoriæ ordinem ſequimur.)
- Julius Cæſar.
- Hirtius.
- Criſpus Salluſtius.
- Suetonius Tranquillus.
- Cornelius Tacitus.
- Ælius Spartianus.
- Julius Capitolinus.
- Vulcatius Gallicanus.
- Ælius Lampridius.
- Trebellius Pollio.
- Flavius Vopiſcus.
- Ammianus Marcellinus, &c.

Sub hæc autem mediis & infimis a Chriſto nato ſæculis, hiſtoricos multos paſſim videbis memoratos, qui tum Imperatorum, tum Romanorum Pontificum hiſtoriam texunt: & infinita pene Chronica ad utroſque ſpectantia, quæ perluſtrare & evolvere non ſine fructu ii poterunt, quibus eas, ubi hæc habentur, Bibliothecas eſt adeundi facultas.

DE GALLORUM ET FRANCORUM HISTORIIS & Chronicis Manuſcriptis.

Innumera pene ad hiſtoriam Gallicam & Francicam ſpectantia in omnibus fere hujus operis partibus obſervantur, quæ omnia perſcrutari opus erit eis, qui in poſterum Francorum hiſtoriam ſcripturi ſunt. Inter Auctores autem illos alii Hiſtoriam Francorum totam complectuntur; alii hiſtoriam alicujus vel Provinciæ, vel Diœceſis, vel Urbis, vel Capituli, vel Monaſterii. Francicarum hiſtoriarum ingens numerus enunciatur, p. 81. *& ſequentibus*. Alibi quoque, in Gallicanis maxime Bibliothecis, hiſtoriæ Francorum Scriptores frequenter occurrunt.

Chronica item magno numero, ad rem Francicam ſolum pertinentia paſſim memorantur: quorum antiquiora, ut plurimum majore in precio habenda ſunt. Ex frequenti autem Chronicorum hujuſmodi tractatione animadverti, Chronographos eadem fere ipſa, quantum ad priſca ſæcula, repetere, quæ in antiquioribus Chronicis ferebantur; in iis vero quæ paulo ante, vel etiam a ducentis circiter annis ad ſuum uſque tempus contigerunt, multa nova & aliquando inſignia referre; in iis vero, quæ ad patriam ſuam pertinent, quædam nova & ab aliis non obſervata interſerere.

Cum magno hiſtoriæ Francicæ diſpendio, ingens ille Codicum Manuſcriptorum numerus, quem collegerat Alexander Petavius, ubi innumeri pene Codices habentur, Galliæ & Provinciarum urbiumque ejus hiſtoriam referentes, a Chriſtina Sueciæ Regina in Italiam exportatus fuit, & nunc in Bibliotheca Vaticana ſervatur. Horum Codicum Catalogum videre eſt, hujus operis pag. 81. & ſequentibus.

DE CHARTIS,
Chartulariis, Libris Censuum, &c.

Aliam rem hic explanandam minutatimque recensendam aggredior, quæ ad complurimorum utilitatem cedere possit. Ex temporis diuturnitate & multorum incuria contigit ut Chartæ, Chartularia, censuales libri, bonorum, terrarum & proventuum enumerationes, quæ infima Latinitate *Terrearia* appellantur, jam diu in Bibliothecas Manuscriptorum exportarentur: quæ tamen sæpissime necessaria sunt, & heris qui bona sua curant, atque eorum causa in lites interdum evocantur; & aliis, qui Provinciarum, Urbium, Episcoporum, Capitulorum, Monasteriorum bonis, prædiis atque censibus advigilant. Cum autem ingens hujusmodi Chartarum, Chartulariorum, *Terreariorum* aliorumque similium copia reperiatur, operæ precium esse duxi hic omnia, aliquo servato Provinciarum & urbium ordine, speciatim describere.

Quia vero Ludovicus XI. Chartas omnes, quæ tunc in Regiis ædibus erant, recenseri, & quid in singulis enunciaretur paucis exprimi jussit, & in prægrandem librum compingi, qui nunc in Bibliotheca Regia visitur, & in hoc opere memoratur pag. 782. & sequentibus; Chartas etiam hujus libri, quæ vel familias, vel capitula, vel Monasteria, vel urbes, vel Provincias spectant, his adjungere visum est.

Necrologia quoque Ecclesiarum addam, quæ ut plurimum familias Nobilium, Donationes, & alia multa scitu digna commemorant.

CHARTES & CARTULAIRES
des Rois, Princes, &c.

PARIS.

MONASTERE DE S. DENYS, Pontoise & autres Lieux.

MONTARGIS ET AUTRES Lieux.

MEAUX, CHARTRES, Vendôme, Compiegne, Soissons, &c.

FLANDRE, BRABANT.

ARTOIS, HAINAUT, NAMUR.

CAMBRAY, GUELDRES, Hollande, Liege.

PICARDIE, BOULOGNE, &c.

BEAUVOISIS.

LE MAINE.

NORMANDIE.

CHAMPAGNE, RETHELOIS.

LA LORRAINE, METS, TOUL, Verdun & Bar, Alſace.

BOURGOGNE ET FRANCHE-COMTE'.

COMTE D'AUGI, al. *D'ANGI.*

NEVERS, ORLEANS, TOURS, & la Loire.

Louis XI. *fol.* 190. 191.

FONTEVRAUT.

Chartes sur l'Abbaye de Fontevraut & sur S. Pierre des Fossez, 784. *d.* Recueil de Louis XI. *fol.* 311.

ANJOU.

Charta Ludovici Pii Imperatoris pro Ecclesia Andegavensi scripta per notas, 987. *e*

Aveu & dénombrement des Terres de Vallemer, Launay, la Tousche, Myrecul & la Valliniere en Anjou, p. 1668.

Chartes sur l'Anjou, 783. *a.* Recueil de Louis XI. *fol.* 71.

DUNOIS, &c.

Chartes sur le Comté de Dunois, 784. *e.* Recueil de Louis XI. *fol.* 325.

Don de la Comté de Dunois à Jean Bâtard d'Orleans, 18. *d*

Terrier d'Aubigni, 889. *e*

Chartes sur le Monastere de Bonneval & sur la tutelle des enfans du Roi, 783. *e.* Recueil de Louis XI. *fol.* 155.

BERRI.

Charta communiarum & primo Civitatis Bitur.... Prima Charta est Ludovici junioris; sed in anni nota erratur. Deinde literæ & chartæ Philippi Augusti, quibus intermiscentur quædam patris sui Ludovici junioris, & multa Ludovici Leonis filii Philippi Augusti; quædam etiam Summorum Pontificum & XCVII. Epistolæ Henrici & Joannis Regum Angliæ, & Ludovici anno 1247. & *fol.* C. Ricardi Regis Angliæ, & aliorum multorum, v. g. Templariorum, 956. *c*

Chartes sur le Berri, 783. Recueil de Louis XI. *fol.* 128. & sur le Duc de Berri *fol.* 129.

Chartes sur Issoudun, 784. *b.* Recueil de Louis XI. *fol.* 139.

BRETAGNE.

Les Archives de Bretagne, qui sont à la Bibliotheque du Roi, se trouvent fort détaillées à la page 799. & aux suivantes.

Chartes & Titres de Bretagne & d'Avignon, &c. 1102. *a. b. c. d. e*

Chartes sur la Bretagne en grand nombre, 783. *c.* Recueil de Louis XI. *fol.* 115.

Chartæ Aelidis Ducissæ Britanniæ, 640. *c*

Chartes sur Bertrand du Guesclin, 783. *d.* Recueil de Louis XI. *fol.* 152.

Comptes des revenus de la Terre de Rochefort, Rieux en Bretagne, &c. p. 1668.

Aveu, dénombrement & déclaration des Maisons, Fiefs, Jurisdictions, Privileges, &c. de l'Abbaye de S. Sauveur de Rhedon, &c. 1070. *d. e*

DUC ET DUCHE' DE BOURBON.

Chartes sur le Duc & Duché de Bourbon, 783. *c.* Recueil de Louis XI. *fol.* 139.

LION ET LE VOISINAGE.

Existimatio terrarum capituli Lugdunensis, 51. *b*

Quædam Chartæ Ecclesiæ Lugdunensis, 981. *a*

Registre de plusieurs Chartes & Privileges de l'Eglise de Lion, 875. *c*

Copie des Titres de l'Eglise de Lion, 885. *e*

Actes Capitulaires de l'Eglise de Lion, 885. *c*

Autres Registres d'actes anciens concernans l'Eglise de Lion, 885. *c*

Chartæ Ecclesiæ Lugdunensis, 928. *b.* 981. *a*

Chartes sur Lion, 784. *d.* Recueil de Louis XI. *fol.* 226.

Registrum visitationis Ecclesiarum Diœcesis Lugdunensis anno 1468, 914. *e*

Registrum instrumentorum & Chartarum Conventus Athanatensis in Diœcesi Lugdunensi, 855. *b*

Chartæ S. Nicetii d'Asergos in Diœcesi Lugdunensi, 81. *c*

Chartularium ejus, 97. *b. Hic legitur*, de Asergo.

Philippi Presbyteri instrumenta Monasterii Sancti Niceti, 15. *b*

Chartæ Ambroniacenses (d'Ambournay) 933. *c*

FORES.

Chartes sur le Comte de Forés, 773. Recueil de Louis XI. *fol.* 29.

DAUPHINE'.

Registre des Chartes du Dauphiné, 833. *d*

Chartes sur le Dauphiné, 784. *c.* Recueil de Louis XI. *fol.* 291.

Dauphiné ses Droits & ses Privileges, 31. *e*

Necrologium S. Roberti Cornilionis, 946. *d*

AUVERGNE.

Titres du Duché & Comté d'Auvergne, 1102. *b*

Fiefs d'Auvergne, 941. *c. d*

Chartes sur l'Auvergne, 783. *e.* Recueil de Louis XI. *fol.* 57.

Terrearium Castellaniæ de Busseoul in Alvernia, 959. *e*

Biens de Saint Alire de Clermont, 1265. *a*

LIMOSIN, LA MARCHE, Querci.

Lemovicensis Diœcesis Beneficiorum nomina, 51. *e*

Rôle sur la décime sur tous les Benefices du Diocèse de Limoges l'an 1556, 961. *a*

Artigiæ ordo, 41. *c*

Vetus Necrologium Ecclesiæ S. Martialis Lemovicensis, 938. *e*

La Marche Comté, 18. *c*

Chartes sur le Comté de la Marche. Recueil de Louis XI. 783. *e. fol.* 169, & 784. *e. fol.* 171.

Chartæ Cadurcenses, 1132. *c*

De Feudis Cadurcensibus, 960. *c. d.* 1078. *e*

POITOU.

Fiefs de Poitou, Saintonge, Toulouse,

Voyez tout cela plus en détail dans la Table alphabetique qui suit.

INDEX BIBLIOTHECARUM

INDEX
BIBLIOTHECARUM ET CATALOGORUM
omnium qui in hoc opere continentur & memorantur.

IN TOMO PRIMO.

BIBLIOTHECÆ ROMANÆ.

BIBLIOTHECÆ REGNI Neapolitani.

BIBLIOTHECÆ FLORENTINÆ.

Aliæ Bibliothecæ Italicæ.

BIBLIOTHECÆ VENETÆ.

Ex Italicis.

Finis Tomi primi.

INDEX BIBLIOTHECARUM ET CATALOGORUM

TOMI SECUNDI.

INDEX

AUCTORUM CODICUMQUE

Qui in hac BIBLIOTHECA BIBLIOTHECARUM MANUSCRIPTORUM laudantur, locupletiſſimus.

Numeri denotant paginarum columnas; lineas autem indicant litteræ italicæ.

A.

B

S. Brunonis

C

Catela

Chastel

Concilia

Couture

D

F.

G.

H.

Handinio

I.

Joannis

De

K.

L.

M.

Marguerite

N.

Oliverius

In

Romani Imperii vetus Provinciale, 18. c. 86. c. 139. a. 487. b. 637. e

Liste de tous les Romans indiqués dans cet Ouvrage, suivant l'ordre des Volumes.

Sapphiri

T.

752

V


Vitæ & gesta variorum, eo quo occurrunt ordine voluminum.

X.

Y.

Z.

FINIS.



APPROBATIO CENSORIS REGII.

JUSSU Illustrissimi Sigillorum Franciæ Custodis legi opus cui titulus : *Bibliotheca Bibliothecarum nova*, a R. P. Domno BERNARDO DE MONTFAUCON, Mon. Bened. tipisque dignissimum Censui. Lutetiæ Parisiorum 31. Julii 1736.

LANCELOT.

BIBLIOTHECA



BIBLIOTHECA
BIBLIOTHECARUM NOVA.

BIBLIOTHECA VATICANA.

B hac Bibliotheca, quæ diu omnium celeberrima fuit, exordium ducimus. Illam per duos & dimidium annos, quos Romæ transegi, frequens adii; nec raro etiam a summo mane ad vesperam usque, allatis mecum cibariis, in illa cum sodali meo, paucis codicibus evolvendis, conferendis, exscribendis operam dedi. Neque enim putes, penes me fuisse in tanto temporis spatio, codices Græcos & alios omnes pro lubito lustrare & evolvere, quod tamen summopere optabam. A

Attamen ex illa celeberrima Bibliotheca innumera pene proferenda habemus; tum ex iis quæ D. Claudius Stephanotius Congregationis S. Mauri in curia Romana Procurator Generalis per multum annorum curriculum ex illa Bibliotheca exscripserat, tum ex aliis bene multis, quæ collegi, quæque mox in lucem proferentur. Incipiam a quibusdam, quæ dum Romæ degerem observavi: deindeque cætera omnia proferam quæ de eadem Bibliotheca undequaque decerpere potui. B

PEr Romanum otium, quod certe nunquam mihi otiosum fuit, Literas accepi a viro clarissimo & Græce doctissimo Boivinio, ex Bibliothecæ Regiæ custodibus altero, qui rogabat, in Vaticanis codicibus explorarem, quo ordine jacerent Epistolæ Platonis. In ordine enim Epistolarum varietatem observabat vir quidam doctus & Platonis studiosissimus. Huic ergo rei strenuam dedi operam & Vaticanos codices omnes lustravi.

In codice 1376. omnium qui oblati mihi fuere vetustissimo, hunc ordinem, Typis edito Platone destitutus, observavi. D

I

Πλάτων Διονυσίῳ εὖ πράττειν
Διατρίψας ἐγὼ παρ' ὑμῖν χρόνον τοσοῦτον.

II

Πλάτων Διονυσίῳ εὖ πράττειν
Ηκουσα Αρχεδήμου ἔτι σύ.

III

Πλάτων Διονυσίῳ,
Εὖ χαίρειν ἐπιστείλας ἆρ (*alius* ἆρ) ὀρθῶς ἂν
τυγχάνοιμι.

IV

Πλάτων Δίωνι Συρακουσίῳ εὖ πράττειν.
Οἶμαι μὲν Φανερὰν εἶναι διὰ παντός.

V

Πλάτων Περδίκκᾳ εὖ πράττειν.
Εὐφραίῳ μὲν συνεβούλευσα καθάπερ.

VI

Πλάτων Ερμαίῳ, καὶ Εράστῳ καὶ Κορίσκῳ εὖ
πράττειν
Εμοὶ φαίνεται θεῶν τις ὑμῖν τύχην ἀγαθήν.

In hac Epistola deficit codex in hæc verba. C ἂν δέ τις ὑμῶν ἄρα ταύτην πηλύειν δοκῇ. τὸ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ παν. . . . Cæteræ Epistolæ hic desiderantur.

COdex Vaticanus 1461. perinde sex priores Epistolas refert, hoc uno excepto discrimine; in titulo Epistolæ VI. pro Κορίσκῳ, scribitur Διοσκόρῳ.

Reliquæ Epistolæ hoc ordine sunt.

VII

Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ
πράττειν.
Επεστείλατέ μοι νομίζειν δεῖν.

VIII

Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις εὖ πράττειν.
Ἃ δ᾽ ἂν διανοηθέντες μάλιστα εὖ πράττοιτε.

IX

Πλάτων Ἀρχύτα Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.
Ἀφίκοντο πρὸς ὑμᾶς οἱ περὶ Ἀρχιππον.

X

Πλάτων Ἀριστοδώρῳ εὖ πράττειν.
Ἀκούω Δίωνος ἐν τοῖς μάλιστα ἑταῖρον.

XI

Πλάτων Λαοδάμαντι εὖ πράττειν.
Ἐπεστείλαμέν σοι.

XII

Πλάτων Ἀρχύτα Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.
Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντ᾽ ὑπομνήματα.

In hoc codice 1461. ad hanc Epistolam, cui nullus numerus apponitur, hoc in margine annotatur, ἀντιλέγεται ὡς οὐ Πλάτωνος, *in controversiam vocatur num Platonis sit*, vel *quidam negant esse Platonis*. Illam etiam spuriam & longioris fragmentum esse suspicatur Henricus Stephanus, p. 359.

XIII

Πλάτων Διονυσίῳ τυράννῳ Συρακουσῶν εὖ πράττειν.
Ἀρχή σοι τῆς ἐπιστολῆς ἔστω καί.

In codice Vaticano 1467.

I

Πλάτων Διονυσίῳ.
Πῶς χρὴ ἐμὲ καὶ σὲ ἔχειν πρὸς ἀλλ.

II

Τῷ αὐτῷ.
Μεγίστη φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν.

III

Τῷ αὐτῷ.
Διατρίψας ut supra.

IV

Τῷ αὐτῷ.
Ἤκουσα Ἀρχ-

V

Δίωνι.
Οἶμοι (sic mendose) μὲν φανερὰν εἶναι.

VI

Περδίκα (sic).
Εὐφραίνῳ (sic mendose) μὲν συνεβ- legendum Εὐφραίῳ.

VII

Ἀρχύτα Ταραντίνῳ.
Ἀφίκοντο, &c.

VIII

Ἀριστοδώρῳ.
Ἀκούω Δίωνος.

IX

Πλάτων Ἀρχύτα Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.
Τὰ μὲν παρὰ σοῦ.

A

X

Πλάτων Λαοδάμαντι εὖ πράττειν.
Ἐπεστείλαμέν σοι καὶ πρότερον.

XI

Πλάτων Διονυσίῳ τυράννῳ Συρακουσῶν εὖ πράττειν.
Ἀρχή σοι τῆς ἐπιστολῆς.

XII

Πλάτων Ἑρμείᾳ καὶ Ἐράστῳ καὶ Κορίσκῳ εὖ πράττειν.
Ἐμοὶ φαίνεται.

XIII

Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ πράττειν.
Ἃ δ᾽ ἂν διανοηθέντες.

XIV

B Πλ των Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ πράττειν.
Ἐπεστείλατέ μοι.

Quæ ad Hermæum, Erastum & Coriscum inscribitur, post hæc verba, ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγνῶναι χρή, sic effertur in duobus illis codicibus, μάλιστα μὲν ἀθρόους: εἰ δὲ μή, κατὰ δύο κοινῇ, κατὰ δύναμιν ὡς οἷόν τε ἐστὶ πλειστάκις, καὶ χρῆσθαι συνθήκῃ καὶ νόμῳ κυρίῳ. ὅ ἐστι δίκαιον ἐπομνύντας. σπουδῇ θ᾽ ἅμα, alius σπουδῇ τε μάλα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ. Καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν ἡγέμονα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγέμονος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἐπομνύντας ὃν ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν, ἐσόμεθα πάντες σαφῶς εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων.

In Græco Editionis Henrici Stephani paulo ante finem legitur, εἰ δὲ μὴ κατὰ δύναμιν ὡς οἷον
C τε ἐστὶ πλειστάκις. ubi illud, κατὰ δύο κοινῇ supra positum desideratur; tamenque in Joannis Serrani interpretatione Latina exprimitur, qui totum hunc locum sic convertit. *Hanc Epistolam a vobis tribus legendam censeo, & tunc quidem quum omnes una adfueritis: sin minus, duobus communiter præsentibus, & quantum fieri poterit, sæpissime: & quidem ita ut pacto tessera & lex certa a vobis constituatur, & jurejurando confirmetur, non sine erudita illa studii germana disciplina: obtestantibus Deum, rerum omnium, & quæ sunt & quæ erunt, Imperatorem, illiusque Imperatoris & causæ patrem: quem quidem, si revera philosophemur, omnes perspicue cognoscemus, quantum quidem illa cognitio in felicium virorum facultatem cadere potest.*

Sunt qui putent hic Platonem de Trinitate loqui, & Patrem atque Filium commemorare,
D illamque disciplinam hausisse ex Phœnicibus vel ex Judæis. At præterquam quod non certum est Judæos tunc temporis Trinitatem agnovisse, non ita facile est in tam perplexa verborum serie, quid Plato in mente habuerit intelligere. Henricus Stephanus certe, qui Trinitatem personarum admittebat, illorum opinionem explodit. Nos vero aliis rem excutiendam mittimus.

In Edito certe Henrici Stephani non pauca sunt, quæ si titulos & initia spectes, cum manuscriptis Vaticanis non consonant. Nam quæ prima est in Edito & sic inscribitur, Δίων Διονυσίῳ εὖ πράττειν, cujus initium, διατρίψας ἐγὼ παρ᾽ ὑμῖν. Hanc Epistolam Platoni male adscribunt tres codices Vaticani, est enim vere Dionis ut ex serie liquet.
E Tertiæ porro Epistolæ, quæ est Platonis Dionysio, initium recte habet in tribus Vati-

canis, εὖ χαίρειν ἐπιςείλας; male in Edito χαίρειν ἐπιςείλας, vitium restituere conatur Henricus Stephanus in notis. Ubi vide sis.

Quintam, quam in Edito & in tribus manuscriptis inscriptam cernimus Πλατων Περδίκκᾳ, & cujus initium est Εὐφραίῳ μὲν συνεβϐλευσα, putat Henricus Stephanus Dionis esse.

In tertio autem Vaticano codice non pauca observanda occurrunt. Duæ priores Epistolæ Platonis Dionysio, quarum initium est, primæ, Πῶς χρή ἐμὲ ϗ σὲ ἔχειν; secundæ vero, Μεγίςη φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν, neque in Edito, neque in aliis duobus Vaticanis codicibus comparent. Exscripsissem utique ego, si Typis editum Platonem penes me habuissem, vidissemque illas in edito desiderari. Sed Bibliothecæ custos tunc disturbatus præpeditusque erat, nec potui optatum librum assequi. Cæterarum vero Epistolarum ordo inversus in isto codice est, desideraturque Epistola illa, quæ in edito, & in duobus aliis Vaticanis codicibus tertia est, cujus titulus est, Πλάτων Διονυσίῳ, initium vero, εὖ χαίρειν ἐπιςείλας ἆρ' ὀρθῶς ἂν τυγχάνοιμι.

Si quis ergo castigandis, imo augendis tanti Philosophi operibus manum & operam admovere voluerit, horum aliorumque complurium, qui in hoc toto opere memorantur codicum manuscriptorum ope, rem Literatis admodum opportunam exsequi poterit.

Codex alius Bibliorum Græce, caractere unciali & rotundo, sine accentibus, quinti sextive sæculi est: etsi vero non paucos paris vetustatis codices vidi, at non numeris suis & partibus absolutos, ut iste Vaticanus est.

Acta Apostolorum aureis apicibus.

Codex Bibliorum Ebraïce ingentis molis cum inscriptione in fine, quam Ebraïce retuli in Diario Italico p. 277. quæ sic Latine explicatur: *Anno quinquies millesimo quinquagesimo quinto secundum supputationem, quintadecima mensis Casleu*; id est anno Christi 1295. Non attulimus in Diario hæc, quæ ibidem leguntur ante memorata verba: *Ego Isaac filius Simeonis Levitæ tradidi dimidiam partem hujus libri nobili viro Eleasaro filio Samuelis. Deus illum remuneret; ut illum filii ejus, & filii filiorum legant & meditentur usque ad finem omnium generationum, amen. Absolvi illum anno 5055. &c.* ut supra.

Habetur ibidem codex ille Virgilii remotissimæ vetustatis, unciali charactere, cum picturis miniatis non ita peritæ manus. Librum evolvi & comperi olim fuisse Beati Dionysii: nam in quarto folio legitur: *Iste liber est B. Dionysii*: quæ scriptura decimum-tertium sæculum præ se fert. Et ne dubium suboriatur ad quem S. Dionysium pertinuerit: ubi a Virgilio tempestate jactatus Æneas describitur, hæc Gallico vulgari idiomate eodem circiter quo superior nota, sæculo conscripta leguntur: *vechi comme les gens, lesquiex estoient en la mer, estoient tourmentés pour le pechié d'une seule chest, a savoir Juno*: in alio quoque loco legitur, *Courtois*. Certum itaque est hunc librum olim fuisse Ecclesiæ & Monasterii S. Dionysii in Francia. Nam ubi S. Dionysii vel Ecclesia vel Monasterium indicatur sine addito, S. Dionysii in Francia, Ecclesia illa insignis & Monasterium intelligitur. In schematibus hujus codicis Ephippia scandulas, vulgo *étriers*, non habent.

In eadem Bibliotheca codex Terentii unciali charactere, Virgiliano non multum ætate inferior est. Ibidem visitur Terentii codex alter noni sæculi a quodam H. Rhodogario exaratus, ut ibidem legitur. Cum primis autem suspicitur codex antiquus Minutii Felicis *de errore profanarum Religionum*.

Antiquissima etiam Biblia Theutonica ibidem ceu pro spectaculo offeruntur.

Catalogum codicum Græcorum alphabetico ordine concinnatum quos exscribere potui, hic breviter adferam.

Αβιτζιανῦ, Abitziani περὶ ὔρων, de urinis.
Agathonis Diaconi enarratio de sexta Synodo.
* Αγιορεντικὴ σύνοδος. (sic).
Adriani Amerotii de Arithmetica.
Athenæus de Machinis bellicis.
Alaniæ Metropolitæ Typicum.
Albini introductio in Platonem.
Alexandri Magni vita, cujus initium, Βȣλόμενοι οὖν τὸ τῶν βαρβάρων πλῆθος.
Alcinoi in Platonem.
Alciphronis Rhetoris Epistolæ Halieuticæ, ἑταιρικαὶ & Parasiticæ.
Amasidis Ægypti Regis Epistolæ.
Ambrosii multa Græce versa.
Andreæ Lopadiotæ de Grammatica.
Andronici Zaridæ Epistolæ.
Andronici Peripatetici de passionibus.
Anthemii de mirabilibus machinis.
Anteonis Episcopi Arsinoës epist. ad Petrum Antiochenum.
Antonii Eparchæ recentis (sic) quædam.
Apollonii in Æschinem.
Apollonii Tyanei Epistolæ.
Αποτελέσματα μηνιαῖα.
Aretæ in Apocalypsin.
Aristarchus de magnitudine & distantia Solis & Lunæ.
Aristides de Musica.
Aristoxeni Harmonica.
Asclepiadis Trallensis ad Petrum Episcopum Antiochenum.
Aspasius in ethica Aristotelis.
Ατλικεςὴς μοιρίδος (sic).
Augustini multa Græce.
Autolycus de ortu & occasu siderum.
Africani cesti.

In schedis vero Zaccagnii Bibliothecæ custodis.

Χορικίȣ σοφιςȣ̃ in Σȣ́μμον, in Summum exercitus ducem, & epitaphium in sophistam Gazæum.

Hic adjicienda sunt ea quæ mihi transmissa fuere a Viro non minus eruditione quam dignitate Præstante Amplissimo & Clarissimo Domino Julio Fontanino Archiepiscopo Ancyrano, cujus benevolum animum sexcenties expertus sum. Ille mihi hoc anno 1734. notas misit Historicorum & Poëtarum tam Græcorum, quam Latinorum, qui in Vaticanis codicibus habentur, adjecto codicum numero in Eruditorum commodum.

Poetæ Græci.

Homeri Odyssea, cod. Vat. 906. in membrana, sed recens.

Odyssea cod. Vat. 24. in membrana, sed recens.

Odyssea cod. Vat. 25. chartaceus recens.

Ilias cod. Vat. 30. chartaceus.

Ilias cod. Vat. 29. chartaceus annorum circiter 400.

Hesiodi codd. Vat. 44. 50. 57. chartacei.

Euripidis codices Vaticani sunt recentes.

Sophoclis codd. Vat. 40. 44. 45. 46. 48. 49. omnes chartacei.

Aristophanis codd. Vat. 35. 917. 918. 921. omnes chartacei.

Historici Græci.

Herodotus codd. Vat. 122. 123. chartacei.

Thucydides codd. 127. 991. 992. chartacei.

Xenophontis cod. Vat. 128. in membrana, 129. in membrana, codex antiquissimus.

Polybii cod. Vat. 124. in membrana, antiquissimus.

Diodori Siculi codd. Vat. 995. 996. chartacei.

Dionysii Halicarnassei codd. Vat. 133. 134. chartacei.

Dionis Cassii cod. Vat. 993. chartaceus. Dionis Cassii fragmentum in membrana antiquissimum num. 1228. unciali caractere.

Historici Latini.

Titus Livius cod. Vat. 3329. in membrana, antiquissimus. Item 1845. in membrana.

Cornelius Tacitus codd. Vat. 1863. 1864. in membrana, sed recentes.

Suetonius cod. Vat. 1860. in membrana, recens, 1904. in membrana recens, 2966. chartaceus, 3335. 3336. in membrana, recentes.

Quintus Curtius a codice Vaticano 1865. ad 1870. in membrana, sed recentes.

Sallustius codex Vaticanus 2955. in membrana, annorum circiter 500. Item 3325. in membrana, codex antiquissimus.

Justinus codex Vaticanus 4599. chartaceus.

Poetæ Latini.

Virgilius cod. Vat. 3869. antiquissimus, in membrana. De hoc codice, quem non semel inspexi & evolvi, jam superius actum fuit.

Terentius cod. Vat. 3226. omnium antiquissimus, 3868. antiquissimus.

Ovidius a numero 1393. ad 1601. in membrana, 1604. antiquus.

Plautus cod. Vat. 5210. in membrana, recens.

Propertius codd. Vat. 3188. 3272. 3273. 3274. in membrana.

Statius cod. Vat. a numero 3278. qui est in membrana, antiquus, usque ad 3283.

Achilleïdos codd. Vat. 1618. 1663. in membrana.

Thebaïdos Libri XII. 1615. 1616. 1617. in membrana, antiqui.

Tibullus cod. Vat. 1609. qui est antiquus, in membrana, 1610. 1611. 2794. 3175. 3270. 3272. in membrana, sed recentes.

Persius cod. 2773. chartaceus, 2795. chartaceus, 2815. in membrana, 2816. 2818. 2819. 3173. recentes. 3291. in membrana. 3292. in membrana. 3305. in membrana, antiquissimus.

A Juvenalis cod. Vat. 2766. in membrana, & a numero 2810. ad 2817.

Horatius codd. Vat. a numero 2765. qui est chartaceus usque ad 2777. qui est membranaceus, & a numero 3232. ad 3261.

Lucanus cod. Vat. 1619. in membrana, ad 1623. in membrana, antiquus, & a numero 2796. in membrana, antiquus, ad 2806. in membrana.

Catullus cod. Vat. 3269. chartaceus, 3272. in membrana, 3291. in membrana.

Quod ad codices manuscriptos Herodoti spectat, ampliorem & accuratiorem eorum notitiam accepi ope Viri doctissimi Vernæi Genevensis, qui me rogante insigniores Italiæ Bibliothecas lustravit, ut Herodoti codices B perquireret, & exploraret. Mihique notas suas transmisit anno 1729. quas hic compendio referam.

In Bibliotheca S. Ambrosii Mediolanensis quinque sunt manuscripti Herodoti, quorum antiquissimus in folio est. Duo alii antiqui sunt, sed non paris vetustatis, quartus est trecentorum annorum, quintus in 8° recens.

In Bibliotheca Serenissimi Ducis Mutinensis codex Herodoti visitur quadringentorum circiter annorum.

In Bibliotheca S. Marci Venetiis in Armario VI. tab. 2. duo sunt Herodoti manuscripti codices, quorum unus duodecimi sæculi est, C alter antiquior.

In Bibliotheca Vaticana Romæ tres Herodoti codices sunt, ex iis duo recentes, tertius illis antiquior est. Præter illos in Bibliotheca Palatina Vaticanæ adjuncta duo alii codices Herodoti sunt.

Florentiæ in Bibliotheca Laurentiana Pluteo XX. tres codices manuscripti sunt, unus numero 3. antiquior est, alter num. 6. & tertius num. 29. recentiores sunt.

In Bibliotheca Regia codex habetur numero 2812. qui continet Catalogum manuscriptorum codicum Græcorum Bibliothecæ Vaticanæ, jussu Augustini Eugubini Episcopi adornatum, ut mitteretur Hippolyto Ferrariensi, qui tunc in aula Regis Henrici II. gratia mul- D tum valebat. Qui codex in Regiam Bibliothecam inductus fuit: estque alphabetico ordine concinnatus.

Alter similis codex Bibliothecæ Vaticanæ visitur in Bibliotheca Colbertina, num. 5135. quæ nunc Regiæ adjuncta est. Estque ejusdem circiter ætatis; non alphabeticum ordinem præ se ferens; sed eum, ut videtur, quem manuscripti in Bibliotheca illa tenebant, quem etiam nos hic sequimur. Non erat tunc illa tanta supellectile instructa, quantam vidimus, dum illam Romæ frequentaremus. Sed deinceps admodum aucta fuit accessione Bibliothecarum Palatinæ ac deinde Reginæ Sueciæ: aliunde etiam incrementa accepit & in dies accipit. Uterque codex non satis perita manu scriptus fuit.

Hic opera quæ in manuscriptis habentur, sic enunciantur, ut non possis numerum co- E dicum assequi.

Sic

A *Sic autem incipit Bibliothecæ Vaticanæ Catalogus antiquus.*

Εν τῇ πρώτῃ τραπέζῃ.

In primo Pluteo, vel in prima Tabula.

Πίναξ σὺν θεῷ πάντων βιβλίων τῆς βιβλιοθήκης. *Index, cum Deo, omnium librorum Bibliothecæ.*

MSS omnes in catalogo memorati Græci sunt.

Didymi Scholia in Iliadem Homeri.
Homeri Ilias cum interpretatione.
Didymi alia Scholia in ipſum Homerum.
Luciani Dialogi.

Philonis in Flaccum ſive de providentia.
B Ejuſdem contra Caïum, & ejus in Judæos odium. Ejuſdem περὶ τοῦ πρὸς δικαστήν. De ſacrificiis Abelis & Caini. De Cherubino ac de flammeo gladio, ac de Caïno primogenito hominis. De agricultura. Quod Deus ſit immutabilis. Ejuſdem de Gigantibus. De tranſmigratione. De congreſſu ad eruditionem. Ejuſdem de ſacrarum Legum allegoria. Ejuſdem, quod ſomnia a Deo mittantur. Ejuſdem vita Sapientis per doctrinam perfecti, ſive de Legibus non ſcriptis. De Circumciſione. De Monarchia: de Monarchia Sermo alter. De præmio Sacerdotum. De animalibus ad ſacrificia aptis, & quæ ſint ſacrificiorum ſpecies. De ſacrificantibus. De mutatione nominum. Quis rerum Divinarum ſit heres. De præmiis & correptionibus. De maledictioni-
C bus. De juſtitia. De vita Moyſis. De mundi opificio per Moyſem ſcripto. De Moyſis Decalogo. De conſtitutione Principum. Quod omnis probus ſit liber. De vita contemplativa. De mercede meretricis in ſacrario non accipienda. De decem præceptis. De vita civili, ſeu de Joſepho. De pietate & de benignitate. Quod mulieres non pudorem amittere debeant. De Sacerdotio. De nobilitate. De profugis. De plantatione Noe. De illo, *Evigilavit Noe.* De confuſione linguarum. De incorruptione mundi. Quod id quod pejus eſt illud quod melius eſt invadere ſoleat. De ebrietate. De operibus Sacrorum. De animalibus ad ſacrificia aptis, & de ſacrificiorum generibus.

Diodori Siculi Bibliotheca hiſtorica liber primus. De Nino primo Rege, de Semiramide, quam Ninus duxit uxorem. De Semira-
D mide regnante. De fundatione Babylonis, de hortis Babylonis. De ſellis a Semiramide ſuſceptis. De ſucceſſoribus ejus. De Sardanapalo voluptatibus dedito. De Arbace, & de Regibus Medis, & de ſcriptorum diſſenſione circa illos. De Chaldæis Aſtrorum obſervatoribus. De India. De Inſulis in Oceano ad merid. ſitis.

L. II. De Æthiopibus ultra Libyam. De aureis metallis in extrema Ægypto. De gentibus quæ ſinum Arabicum & totam Oceani oram uſque ad Indiam incolunt. De Libya, de Gorgonibus, de Ammone, de Atlante. De Nyſæ fabulis, de Titanibus, de Dionyſo, ſeu Baccho, & de Matre Deorum.

L. III. De Bacchi fabulis, de Priapo, de Hermaphrodito, de Muſis. De Hercule, &
E de duodecim ejus certaminibus. De Argonautis, de Medea, & de filiabus Pelei. De poſteris Herculis. De Theſeo. De Lapithis, & de Centauris. De Æſculapio. De Aſopi filiabus, & de filiis Æaci, de Pelope, de Tantalo, de Oenomao, de Niobe. De Dardano, ejuſque poſteris uſque ad Priamum. De Dædalo. De Minotauro. De Minoë.

L. IV. De Sicilia, & de fabuloſis circa illam narrationibus. De Cerere, & de Proſerpina. De Lipara, & de Æolidis inſulis. De Melite, Gaulo, & Cercina. De Æthalia, Cyrno ſeu Corſica & Sardinia. De Pytyuſa, & de Gymneſiis Inſulis. De Inſulis Oceani in Occidente. De Britannia Inſula & de ea, quæ Baſilea dicitur. De Gallia, de Celtiberia, de Iberia, de Liguria, de Tyrrhenia. De Inſulis Oceani verſus meridiem. De Samothracia. De Naxo, Syme & Calydne. De Rhodo & ejus fabulis. De Cherſoneſo quæ Rhodum reſpicit. De Creta. De Lesbo, Samo, Chio, Co. De Tenedo. De Cycladibus Inſulis.

Marcellini in Thucydidem Scholia. Thucydidis vita ejuſque libri octo.

Appiani Hiſtoriæ Italicæ libri quinque.

Appiani, Syriaca, Libyca, Parthica, civilium bellorum libri quinque.

Homerus alius ſine expoſitione.

Sophoclis Tragœdiæ ſex cum expoſitione.

Ariſtophanis Comœdiæ tres cum Scholiis.

Suidæ Lexicon perantiquum.

Epiſtolæ S. Pauli.

Voces ex carminibus Gregorii Nazianzeni excerptæ. Ejuſdem Gregorii Synopſis intemeratæ noſtræ fidei. Epiſtola ad Papam (ſic). Ejuſdem de Genealogia Chriſti.

Nicetæ Serron. Canones. Ejuſdem alius Canon. * Quinam Conſtantinopoli imperarint Catholici vel hæretici.

Joannis Geometræ Hymni quatuor in ſanctiſſimam Deiparam.

Æſopi fabulæ.

Michaëlis Pſelli verſus politici ad Imp. Conſtantinum Monomachum, de Grammatica.

Voces ex Heſiodi libro.

Gregorii Nazianzeni de Genealogia Chriſti libri duo.

Theophylacti Simocatæ, Epiſtolæ morales, de agricultura & amatoria.

Suidæ Lexicon, uſque ad literam Θ.

Ejuſdem ſecunda pars a litera Κ ad finem.

Manuelis Cretenſis ἐρωτήματα.

Euripidis Tragœdiæ tres, Hecuba, Oreſtes & Phœniſſæ.

Theodori Grammaticæ libri quatuor.

Sophoclis Tragœdiæ tres cum Scholiis, Ajax, Electra, Oedipus.

Dionyſii Perihegeſis cum Scholiis Anonymi.

De Rhetorica libri duo Anonymi.

Oppiani ἁλιευτικῶν libri tres cum Scholiis.

Moſchopuli quæſtiones.

Pythagoræ παραινέσεις.

Lexicon Anonymi.

Aphthonii Progymnaſmata.

Iſagoge Grammaticæ μετὰ τεχνολογίας.

Alia Grammatica κατὰ στοιχεῖον μετὰ προθέσεων.

Sirach, Enarratio pia.

Voces animalium.

Επιγραφαὶ παρεκβληθεῖσαι ἀπὸ λατινικοῦ βιβλίου, ἀκέφαλος καλουμένου.

Methodus de metris verſuum.

Splenii Philoſophi de generatione hominis, ὅθεν τά τε ἐννέα καὶ τὰ τεσσαρακοστά.

Anonymus de Regibus.
Joannis Damaſceni de Hæreſi.
De Spiritu-Sancto. A
Ἐκ τοῦ Μοιρίδος τοῦ Ἀττικιστοῦ.
In Categoriis (ſic).
Ex Pollucis libro primo, ſecundo, tertio, quarto & ſexto.
Ex Rufo Epheſio, ex Maximo Planude de Grammatica.
Manuelis Moſchopuli delectus Atticorum nominum. Adhuc de nominibus.
Theoduli Magiſtri Theſſalonicenſis πηρῦ (ſic) alia ἐκλογή.
Τεχνολογίαι περὶ γραμματικῆς.
ἱστορία Χάδονος.
Luciani Dialogi.
Homeri Odyſſea ſine Scholiis.
Scholarii Grammatica in Epitome, ſive prima Iſagoge κατὰ στοιχεῖον. B
Lexicon de Orthographia.
Σχέδη βασιλικὰ σὺν σχολίοις,
Manuelis Cretenſis in icones, ſeu imagines Philoſtrati, &c.
Dialogus Philoſophi cum Imperatore.
Georgii Magnæ Eccleſiæ verſus (ſic).
Ακτοι ἢ συμφωνίαι διάφοροι.
Nomina duodecim lapidum precioſorum.
S. Cyrilli Lexicon.
Nomina Archangelorum. Nomina Apoſtorum. Nomina fluviorum.
Verba diverſa. Verba vocum. Verba Romana. Differentia inter ebrietatem, temulentiam & crapulam. Menſuræ Milliarii & Stadii. Ex Sapientia Jeſu filii Sirach. Interpretatio Danielis de iis quæ vidit in Babylone, in Nabuchodonoſore & in Baltaſare. C
S. Maximi de ſeptem argenteis Judæ.
S. Chryſoſtomi de conjugata muliere & de meretrice. Quid ſit Deus, & ſecundum quid Deus ſit.
Ex Evangelio, circa tria fata.
Harpocration. Ori Apollinis Hieroglyphica, quæ extulit ille Ægyptia lingua, tranſtulit autem Philippus in Græcam linguam. Heraclidis libri duo.
Grammaticæ partes & ars.
Nicephori Gregoræ ars Grammatica.
Quæſtiones Grammaticæ.
Λογγιβάρδου σοφοῦ παρεκβόλαιον σχεδογράφος.
Cur ſint octo partes Sermonis, nec plus, nec minus.
Georgii Lecapeni ars Grammaticæ.
Michaëlis Presbyteri & Syncelli Methodus de Syntaxi. D
Anonymi verſus.
Joannis τοῦ γλυκέως Patriarchæ C. P. de arte octo partium Syntaxeos.
De Iambico verſu. De Ionica dialecto.
Ars Orthographiæ.
Heſiodi opera & dies cum Scholiis.
Pindarus cum expoſitione.
De Aphthonii progymnaſmatibus.
De inventione, & de Rhetorica liber primus. De ideis, liber Rhetoricæ ſecundus. De methodo gravitatis, liber tertius.
Boëtii Philoſophi, de arte Rhetoricæ Græce.
Ciceronis διαίρεσις (ſic) Græce.
Joſephi ῥακενδύτου Synopſis Rhetoricæ. E
Lexicon veteris Scripturæ, id eſt, veteris Teſtamenti.
Aliud Lexicon a litera B incipiens. . . .
De cognominibus Deorum.

De Grammatica, &c.

Syntaxis verborum.
Περὶ παθῶν λέξεων.
Ariſtidis Rhetoris Oratio ad Rhodios.
Maximi Planudis Dialogus de Grammatica.
Syntaxis ordine alphabetico.
Gregoræ Syntagma Philoſophiæ. Canones nominum.
De Spiritibus.
Hephæſtionis de Metris.
Nicephori Gregoræ προθεωρία quaſi in forma Epiſtolæ in librum Syneſii de inſomniis.
Gregoræ ſapientiſſimi enarratio.
Agapeti Diaconi capita commonitoria ad Imperatorem Juſtinianum.
Imperatorum C. P. vita carminibus.
Catalogus Antiſtitum C. P.
Nicephori Xanthopuli πόνημα γραφῆς ἠκριβωμένης.
Acropolitæ hiſtoria incipiens a capta Conſtantinopoli.
Photii Patriarchæ Epiſtola ad thronos Orientales, περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ejuſdem de Spiritu-Sancto.
De ſeptem Synodis opus imperfectum.
Pſelli enarratio dictorum Chaldaïcorum.
68. 164. Literæ Roberti Regis cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Grassæ ann. Dom. 1324. die 15. Aprilis sub Joanne XXII. Continent ratificationem cum obligatione de dilatione per Papam facta de LII. mill. & V. unciis aureis quas debet Ecclesiæ pro censu regni solvendo, collat. B. de Spello, primo vol. fol. 313.

70. 166. Literæ Roberti Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Florentiæ ann. Dom. 1310. die 7. mensis Octobris sub Clem. V. quibus promittit cum juramento se ad jussionem Pontificis dimissurum gubernationem sibi traditam a Pontifice terræ Bertinerii & Romandiolæ. Sunt Duplicatæ ejusdem tenoris, collat. Phil. de Ponte-Curvo, primo vol. fol. 280.

71. 167. Litteræ Caroli Secundi Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico, flavo & rubro. Dat. Neapoli ann. 1306. die 15. Aprilis sub Clemente V. Continent juramentum & homagium factum nomine suo per Robertum primogenitum suum Vicarium, collat. per Joan. Geron. & Marinum, primo vol. fol. 242.

72. 168. Literæ Roberti Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Avenione ann. Domini 1319. die 27. Septembris sub Joanne Papa XXII. quibus agit gratias de rogata solutione debiti census pro regno Siciliæ, collat. per Joan. Geron. & Marinum, primo vol. fol. 305.

A

73. 169. Literæ Roberti Regis Siciliæ cum Bulla aurea serico flavo & violaceo. Dat. Avenione ann. Domini 1309. die 26. Augusti Regni sui ann. primo sub Clemente V. Continent personale suum juramentum fidelitatis & homagium, collat. Phil. de Ponte-Curvo, primo vol. fol. 268.

74. 170. Literæ Regis Roberti cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. in Castro Maris de Statia ann. Domini 1330. die 20. Augusti, quibus agit gratias Joanni Pontifici XXII. de prorogatione sibi facta in certa forma de 42. unciis in Florenis, collat. per Marinum, primo vol. fol. 324.

B

75. 171. Instrumentum cum Bulla aurea serico, flavo & rubro factum in Palatio Viterbii. ann. Domini 1276. die 7. mensis Octobris. Continet homagii juramentum factum a Carolo Siciliæ Rege Joanni Papæ XXI. collat. per Jo. Geron. primo vol. fol. 25.

76. 172. Literæ Roberti Siciliæ Regis cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Neapoli ann. Domini 1317. die penultimo Octobris. Continent ratificationem de prorogatione 24. millium unciarum auri sibi facta per D. Joann. XXII. collat. Marinus, primo vol. fol. 326.

77. 173. Instrumentum scriptum Literis Armenicis, cujus principium Litteris majusculis auratis, & titulus Literis Rubeis sine sigillo serico: quamvis ex foraminibus duobus in capite instrumenti apparet olim fuisse cum aliquo sigillo.

C

78. 174. Instrumentum Alberti Regis Romanorum cum Bulla cerea, serico flavo & rubro. Dat. apud Norimbergam anno Domini 1303. in Kal. Augusti, sub Bonifacio VIII. & continet quod Reges Romanorum postmodum promovendi accipiunt gladii potestatem ab Ecclesia Romana. Continet juramentum fidelitatis ipsius. Confirmat omnia quæ donata fuerunt a patre suo Ecclesiæ & aliis prædecessoribus, & maxime per Ludovicum & Othonem tempore Paschalis primi prout in capitulis decretorum continetur.

79. 175. Litteræ Caroli Quarti Romanorum Imperatoris ex illis quæ quadruplicatæ sunt. Quæque olim Bullam auream Imperialem fortasse sicut aliæ habuerunt. Sed nunc sunt sine aliqua Bulla & tantummodo cum modico serico flavo, sive taneo & nigro. Dat. sub Innoc. VI. Romæ ann. Domini 1355. nonis Aprilis post Imperiale diadema susceptum. In quibus exprimuntur & confirmantur terræ Ecclesiæ, collat. B. Spello.

D

80. 176. Literæ Henrici Imperatoris cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Romæ apud sanctam Sabinam ann. Domini 1312. 2. non. Julii sub Clemente V. Continent ratificationem & renovationem juramenti ante Imperium præstiti per eundem super privilegiis & terris Ecclesiæ conservandis & multis aliis, collat. Marinus, primo vol. fol. 260.

81. 177. Literæ Henrici Imperatoris cum Bulla aurea serico flavo & rubro. Dat. Romæ apud sanctam Sabinam anno 1312. non. Jul. sub Clemente V. Continent annotatio-

E

nem quorumdam capitulorum promissorum per Henricum eundem Domino Papæ... collat. Joan. Geron. primo vol. fol. 260.

82. 178. Henrici Imperatoris cum Bulla aurea, serico flavo & rubro. Dat. Rom. apud sanctam Sabinam anno Domini 1312. 2. nonas Julii sub Clemente V. & sunt..... & quadruplicatis. Continent ut supra ratificationem & revocationem juramenti ante Imperium præstiti per eumdem super privilegiis & terris Ecclesiæ conservandis, collat. Jo. Geron. primo vol. fol. 260.

83. 179. Literæ Rodulphi Regis Romanorum cum Bulla aurea serico rubro. Dat. ann. Dom. 1278. 2. Kal. Julii sub Nicolao Papa III. super litteris Romandiolæ.

83. 180. Literæ aliæ Rodulphi Imperatoris cum Bulla aurea serico rubro. Dat. ann. Domini 1278. 2. Kal. Jul. sub Nicolao Tertio. Confirmant donationes terræ ut in inferioribus.

84. 181. Literæ testimoniales Astenses & Sabinenses in duabus Bullis cereis serico rubro qualiter receperunt juramentum & literas ab Henrico Imperatore sub Clemente V. Dat. Romæ apud sanctam Sabinam ann. 1312. 6. die Julii.

85. 182. Literæ Henrici Regis Romanorum cum Bulla aurea serico flavo &...... dat. Lausannæ ann. Domini 1310. V. Idus Octobris sub Clemente V. Continent confirmationem donationum terrarum & privilegiorum, collat. Philipp. de Ponte-Curvo, primo vol. fol. 28.

86. 183. Literæ Parvæ Othonis Imperatoris cum Bulla aurea serico violaceo claro, vel rubro decolorato, sine data loci & temporis sub Innoc. VIII. quibus promittit se recuperaturum & defensurum terras Ecclesiæ quas etiam nominat.

87. 184. Literæ juramenti fidelitatis factæ a Federico Secundo Papæ Honorio III. ante coronationem coram nominatis testibus. Dat. Aegnovæ (*sic*) ann. 1219. mensis Septembris. Carent sigillo & serico, sed ex foraminibus apparent olim fuisse cum sigillo.

88. 185. Transsumptum privilegiorum Othonis IV. & Regis Ungariæ factum jussu Benedicti XII. de Archiviis Conventus Assisii, Fratrum Minorum cum Bulla aurea serico rubro, privilegia Othonis continet qualiter ipse remisit Ecclesiæ jus eligendi Prælatos & appellationes Ecclesiasticas, & restituit omnes terras Ecclesiæ quas prædecessores sui occupaverant.

7.7. (Sic) Privilegia Regis Ungariæ ad BenedictumPapam qualiter ipse adhortatus fuerat ..... Græcorum Imperatorem obedire Ecclesiæ Romanæ. Item quod egit cum Papa ut terræ quæ per eum caperentur, in Provinciis Infidelium primos Prælatos ab electione sua haberent. Item quod Papa mitteret auxilium contra......

89. 186. Confessio fidei Catholicæ secundum Romanam Ecclesiam facta ab Andronico Græco Imperatore juxta id quod Michaël Pater suus confessus fuit Gregorio Papæ X. Ipse autem fecit sub Joanne XXI. Dat. Constantinopoli ann. 6785. (Christi 1277. (mensis Aprilis, excussum est autem sigillum. Subscripta est Græca confessio manu Imperatoris literis rubeis.

90. 187. Confessio fidei Catholicæ secundum Romanam Ecclesiam facta ab Andronico Græco Imperatore secundum formam Romanæ Ecclesiæ scripta literis Latinis, manu sua literis Græcis rubeis, scripta sub Joanne Papa XXI. prout sub Gregorio X. pater suus Michaël confessus fuit. Est eadem cum superius scripta. Idiomate tantum mutato. Deest & ab hac quoque sigillum, subscripta, &c. licet signa appareant olim appensi sigilli cum serico violaceo.

91. 188. Volumen ex membrana violacei coloris sine Bulla aliqua, cui ita inscriptum est, Literis Latinis atris: Emanuel Rex Græcorum Ecclesiam literis aureis exhortatur ut ad sufficientem Instructionem fidei Catholicæ sibi mittat. Scriptum est autem litteris Latinis aureis Intus: missa mense Januario ab Episcopo...

92. 189. Aliud volumen ex membrana violacei coloris sine Bulla aliqua, cui ita scriptum est literis Latinis atris: Emanuel Rex Græcorum exhortatur Ecclesiam ut Regem Franciæ (*sic*) contra Sultanum accessurum, cui per terram suam victum ministrabat, ab indebitis compescat. Scriptum est autem intus literis Latinis aureis missa mense Martio.

93. 190. Aliud volumen aliquanto majus superioribus ex membrana violacea sine ullo sigillo scriptum literis Græcis aureis cum interpretatione Latina, cui interius inscriptum est literis Græcis aureis majusculis: ad sanctissimum Papam Joannem fidelis Rex Porphygenitus excelsus fortis Augustus & Romanorum Imp. Comnenus. Rescribit autem Papæ laudans ejus conceptum de Ecclesiarum unione, excusans tarditatem suam in rescribendo: mittit ei quædam munera. Datum mense Junio.

94. 191. Literæ Urbani V. cum Bulla ejus plumbea serico flavo & rubro. Dat. Avenione 3. Idus Martii anno non expresso Domini, sed 5. sui pontificatus, quibus primò citat Petrum Aragonum Regem eo quia non solveret census pro regno Sardiniæ.. collat. Luc. de Viterb. tertio vol. fol. 167.

95. 192. Literæ Joannis Papæ XXII. cum sua Bulla plumbea serico flavo & rub. dat. Avenion Kal. Decembris Pontificatus sui ann. XV. continent exactionem concessam Fratri Petro De Corbaria Ordinis Minorum olim Antipapæ mox correcto & sub obedientia Ecclesiæ existente... collat. B. de Spello & Marinus de Monte alto primo vol. fol. 37.

96. 193. Literæ Joannis Patriarchæ C. P. olim habentes Bullam, sed pro nunc modicum fili lanei coloris cerulei, sunt Bullæ scriptæ literis Græcis & subscriptæ manu sua literis majusculis. Dat. ann. ab exordio mundi 6785. Christi 1277. mensis Aprilis ann. sui pontificatus secundo Novemb. 6. abjurato Schismate profitetur fidem Catholicam secundum normam Romanæ Ecclesiæ.

97. 194. Literæ cum sigillo cereo rubro appensum ad terram (*sic*) ex membrana B. Episcopi Portuensis Legati Papæ Martini IV. Dat. Bononiæ 6. Kal. Febr. ann. pontificatus Martini IV. 3. Continent quod Magister Guilielmus Duranti reddidit septem instrumenta eidem D. Legato D. Petri de Molauris continentia summam stipendiorum pro militibus e

Francia ductis, . . primo vol. fol. 14. collat. Aloysius de Campania.

98. 195. Instrumentum sine sigillo treguarum & prorogationis earum per Martinum IV. super Controversia quæ erat inter nobilem virum de filiis Ursi & Colæ Viterbii occasione quorumdam Castrorum, dat. apud Urbem-Veterem 12. Kal. Januar. ann. 1284. collat. Aloysius de Campania, primo vol. fol. 148.

99. 196. Litteræ Martini IV. cum sua Bulla serico flavo & rubro dat. apud Urbem Veterem ann. primo sui Pontificatus, 1280. tertio Kal. Martii quibus instituit Carolum Regem Siciliæ Senatorem, Urbis Romæ primo vol. fol. 138. collat. per Jo. Geron.

100. 197. Litteræ sive instrumentum cum duobus sigillis cereis habentibus impressum colubrum tortuosum, id est, in signo Mediolani ann. 1341. die 6. Martii sive Maii. Continetur in eo ratificatio, * sumuntur & absolutio communium Placentiæ & Laudæ, Cremæ, Carvasii, Martinengo, Castri novi & * Bucæaduæ Castrorum pro eo quod adhæserant Bavaro contra Romanam Ecclesiam sub Benedicto XII. . . collat Phil. de Ponte Curvo, secundo vol. fol. 170.

Separatio regni Siciliæ ab Imperio.

101. 198. Literæ testimoniales Cadinalium 54. nominatorum in ipsis qui interfuerunt, approbantibus Principibus & Prælatis Alemaniæ, sive renovantibus in Consistorio Lugdunensi ann. Dom. 1274. die 6. Junii., Sub Greg. X. quæcumque Fredericus Imperator concesserat Ecclesiæ de separatione Regni Siciliæ ab Imperio & aliis ab eo concessis privilegiis sub Innoc. III. ann. Domini 1220. die 8. Kal. Maii in Francoforti, & habent eæ literæ 15. sigilla cerea appensa cum serico rubro. Totidem enim Principes cum Prælatis talia approbarunt, collat. per Jo. Geron. primo vol. fol. 61.

102. 199. Reconciliatio communis & habitantium Civitatum Vercellarum in Lombardia, qui excommunicati fuerant, eo quia acceptaverant Bavarum contra Ecclesiam. Dat. sub Benedicto XII. ann. Domini 1341. die 7. mensis Augusti, collat. B. sive L. de Viterbio, primo vol. fol. 417.

103. 200 Transsumptum Privilegii Othonis IV. extractum de Archiviis Conventus Assisii jussu Benedicti XII. de iis quæ Otho concessit & promisit Ecclesiæ Romanæ sub Innoc. III. ann. 1209. prout supra in hoc indice sub numero 185. cum Bulla cerea serico rubro, dat. Assisii ann. 1339. die 2. Martii, collat. per Brunum secundo vol. fol. 253.

104. 201. Literæ Urbani V. cum sua Bulla plumbea serico flavo & rubro. Dat. Avenione 3. id. Martii ann. secundo sui pontificatus, quibus minatur excommunicationem Petro Aragonum Regi, & interdictum regno suo si non restitueret bona & jura Ecclesiæ quæ occupaverat in regno suo, collat. Aloysius de Campania, fol. 164. tertio vol.

105. 202. Litteræ cum duobus sigillis cereis & serico rubro Cardinalium P. Episcopi Sabinensis & sanctæ Mariæ in Aquiro, quæ continent Regem Robertum Siciliæ & Joann. Comitem Gravinæ ejus filium mandasse per literas suis Officialibus, ut statim restituerent gubernationem Romandiolæ & Brittonorii Joan. XXII.

A collat. Phil. De Ponte-Curvo ann. 1323. id. Novembris, primo vol. fol. 309.

106. 203. Transsumptum quinque literarum Regis Ungariæ & Othonis IV. Regis Romanorum consentientium ut fierent electiones Prælatorum per Capitula, eo quia appellationes ad Ecclesiam Romanam devolverentur, & multa alia privilegia Ecclesiæ Romanæ concedentium. Dad. Lugdun. sub Innoc. IV. idib. Julii Pontificatus sui ann. 3. Habet hoc transsumptum Bullam plumbeam Innoc. IV. & hinc & inde appensa sigilla cerea cum filo albo 40. id est 20. ab una parte & 20. ab altera, collat. B. de spello.

107. 204. Transsumptum Frederici Imperatoris, ut Regnum Siciliæ non dicatur esse

B Imperii sed Ecclesiæ Romanæ. Dat. Agnovæ anno 1224. id. Feb. . . Item alterius privilegii similis Superiori in favorem Ecclesiæ Dat. Argentinæ 1217. Kal. Jul. . . Item alterius privilegii exemplum super quadam discordia inter Ludovicum Ducem Bavariæ & Ecclesiam Romanam super quibusdam terris pertinentibus ad Ecclesiam. Dat. apud * Ibernen. secundo non. Octob. . . Item alterius privilegii quo Federicus Imperator dat Cajetano Conrado filio suo & vassallis Rogerium de Salutio, & Rainonem de Prata qui existente discordia inter Ecclesiam & Imperatorem adhæserunt Ecclesiæ. Dat. apud Colicorpum 1233. mensis Martii sub Innoc. IV. Dat. Transumptum Loc. Lugduni tertio Id. Julii Pontificatus In-

C noc. IV. ann. tertio, collat. Joan. de Geron. primo vol. fol. 32.

108. 205. Habet hoc transsumptum Bullam plumbeam Innoc. IV. cum sigillis cereis adhuc extantibus 29. filo albo appensis.

Literæ Clem. V. cum Bulla sua plumbea serico flavo & rubro. Dat. Pictavii 13. Kal. Augnst. Continent consensum Caroli Regis Siciliæ, quod Ecclesia non tenetur subire aliquas expensas pro defensione regni etiam occasione præteriti belli, aut subiri (*sic*) & nihilominus Regem Siciliæ debere solvere censum annuum pro dicto regno. Habent eæ Literæ subscriptiones 20. Cardinalium collat. Jo. Geron. primo vol. fol. 247.

109. 206. Urbani IV. Literæ cum sua Bulla plumbea & funiculo albo. Dat. apud Urbem Veterem 13. Kal. Decembris ann. sui pontifi-

D catus tertio, Domini verò, ut putatur...... Continent modificationem quorumdam articulorum super regno Siciliæ & quamdam amotionem tempore Caroli Andegaviæ, ac Provinciæ Comitis tamquam Regis futuri ejusdem regni. . . collat. L. de Viterbio, tertio vol. fol. 188.

110. 207. Instrumentum sine Bulla continens inquisitionem factam contra quosdam Accusatores de certis criminibus per D. Manfredum de Vico potestatem Cornetanam. Collat. Aloysius de Campania, primo vol. fol. 213.

111. 208. Instrumentum sine Bulla factum sub. Urbano Quarto ann. Dom. 1262. die 14. Septembris continet acceptam possessionem Castri Orbitelli . . . Collat. Aloysius de Campania, primo vol. fol. 51.

E 112. 209. Literæ Urbani IV. cum sua Bulla plumbea. Dat. Viterbii 7. Idus Decembris sui

sui pontificatus ann. primo. Continent causam quamdam Abbatiæ & Conventus S. Mariæ Eboracensis, collat. B. de Spello, tertio vol. fol. 163.

113. 210. Instrumentum sive Bulla facta sub Urbano IV. ann. 1262. die 19. Septembris. Continet concessionem Castri Orbetelli per Dominam Momatiam uxorem Guglielmi Tusciæ Comitis Palatini D. Uberto sancti Eustachii Diacono Cardinali, collat. Aloysius & Marinus.

114. 211. Instrumentum, sive Bulla facta sub Urbano IV. ann. Dom. 1264. 11. Non. Junii. Dat. Anagnæ. Continet investituram Castellani Rocellariani, collat. Aloysius & Marinus, primo vol. fol. 54.

Indicem superiorem non sum modo prosecutus, quia jam maximam partem adnotavi Privilegiorum, in quibus res arduæ & graves continentur: ne quid tamen desideretur, quod ad notitiam ullam pertineat, omnia privilegia in ferrato serico inventa in saccos distribui pro rerum & Provinciarum varietate, qui sacculi assutos titulos habent, & chartas indices particulares sibi insertas eo modo & ordine quem ex Regione scriptum invenies.

Fundum scrinii ferrati instructum est literis multis papiraceis privatis ad Alexandrum VI. plurimis scriptis olim in sacco lineo positis. Qui nunc vacuus instratus est tribus Registris a Palatina olim confectis (*sic*) in summitate eorum sacculorum, qui duodecim sunt, videlicet sub ejusmodi titulis.

Saccorum colores.

Imperator Romanorum in viridi majore.

Imperator Romanorum in viridi minore.

Imperator Græcorum & Armeniæ,

Rhodi, Arabiæ in fulvo vel leonino obscuro.

Regni Neapolitani & Siciliæ, in viridi.

Regni Neapolitani & Siciliæ, in viridi.

Regni Neapolitani & Siciliæ, in ceruleo vel azzurro.

Franciæ, Galliæ, Hiberniæ & Scotiæ, in viridi.

Ungariæ, Bohemiæ, Austriæ, in fulvo obscuro.

Sindicatuum & censuum oppidorum sub Dominio Ecclesiæ, in obscuro.

Curiæ Romanæ, & Urbis, in fulvo obscuro.

Civitatum Italiæ extra ditionem Ecclesiæ, in fulvo obscuro.

Suprascripta omnia privilegia sunt distributa in saccis lineis cum suis titulis & particularibus indicum Chartis in saccis collatis hoc modo.

In sacco viridi majore Romanorum Imperatorum privilegia sunt hæc. 13. Caroli quorum quatuor cum sigillis aureis, novem cum sigillis cereis.

4. Othonis omnia cum cereis sigillis.

7. Frederici quorum quinque cum sigillis, duo autem carent, sed eorum in altero signa olim fuisse constat.

1. Henrici cum cereis.

2. Alberti cum sigillis cereis.

1. Guglielmi cum sigillo cereo.

Alia ad multos pertinens Imperatores cum sigillo cereo quod est transsumptum.

3. Rodulphi quorum quinque cum sigillis A cereis, duo cum plumbeis.

Bonifacii VIII. caret, sed olim habuit.

In Viridi Minore Romanorum Imperatorum.

1. Rodulphi revocatio occupationis Bononiæ & oppidorum Romanæ Ecclesiæ sub Nicolao V.

1. Alphonsi cum sigillo cereo.

1. Alberti cum sigillo cereo.

4. Othonis quorum tria cum sigillis cereis, unum cum aureo.

11. Frederici quorum quatuor cum sigillis aureis, tria cum cereis; quatuor sine sigillis, maximum olim habuit.

B 13. Henrici quorum septem cum sigillis cereis, quinque cum aureis, unum sine, sed olim habuit.

13. Rodulphi quorum XII. cum sigillis cereis, unum caret, sed olim habuit.

4. Caroli cum sigillis cereis.

1. Venceslai Regis Bohemiæ electi Regis Romani cum sigillo cereo.

4. Ad tres pertinent Imperatores, quorum unum est Henrici, unum Frederici, duo Othonis sine sigillo.

1. Transsumptum in quo Imperator sine nomine declaratur excommunicatus sub Benedicto XII. cum cereo sigillo.

1. Transsumptum pertinens ad Philippum Imperatorem, ad Regem Angliæ & Arragoniæ C sine sigillo.

In sacco lineo albo, qui insertus est viridi huic minori Romanorum.

2. Othonis quorum unum est membranæ violatæ scriptum literis aureis, quod olim sigillum habuit aureum sub nostro num. 3. alterum in membrana consueta cum sigillo aureo sub nostro num. 9. 3.

1. Rodulphi cum sigillo aureo sub nostro num. 7. 7.

2. Caroli 4. Cum sigillis aureis sub num. nostro 4. & 5. . . quorum unum cum sigillo aureo, alterum caret, sed olim habuit, sub num. nostro 6. & 8.

Item Marsupiolum lineum in quo est sigil- D lum aureum Frederici ruptum, filo colligatum, & ducatus unus Venetus auri adulterini.

In sacculo fulvo obscuro tria sunt privilegia Græcorum Imperatorum & Patriarcharum.

Item quæ pertinent ad Rhodios, Armenos, Arabos, Egyptios, Chaldeos & ejusmodi ultramarinas gentes.

6. Michaëlis solius Imperatoris Græcorum quorum quatuor habent sigilla aurea; ex duobus & reliquis alterum habuit, alterum quod est Idiomate Latino caret omni signo sigilli.

2. Andronici simul & Michaëlis in quibus Andronicus confirmat articulos quos de fide Catholica Michaël olim pater suus confessus fuit secundum formam Romanæ Ecclesiæ sine sigillis, quæ tamen olim habuerunt ut ex signis apparet.

E 1. Andronici solius Epistola Græce scripta quæ inserta est in altero privilegio Andronici.

6. Joannis Paleologi antiqui, quorum tria cum sigillis aureis, unum in modum quinternalis, manu fratris Zenobii Bibliothecarii scriptum sub nostro num. 96. Sumptum ex capsula 96. Duo autem in membranis violaceis scripta literis aureis, quorum alter est sub nostro n. 1. in sacculo.

2. Emmanuelis in membranis violacei coloris scripta literis aureis.

2. Imperatoris non nominati in membranis violacei coloris scriptum literis aureis sub num. nostro 2. in sacculo.

2. Johannis Patriarchæ C. P. quorum alterum est in membrana & olim habuit sigillum. Altera est epistola Latine scripta in papyro & membrana agglutinata cum subscriptione Græca sumpta ex capsula linea sub num. 28. cap.

3. Joannis Paleologi ultimi & de Concilio Florentino sub Eugenio IV. quorum unum habet aureum sigillum, duo......
& sigillum aureum Græcum & plumbeum Eugenii IV. omnia Græce & Latine scripta.

Sequuntur in eodem sacco transmarinarum Nationum.

4. Rhodiorum Magistri quorum tria cum plumbea Bulla Pauli Secundi, una cum plumbea Benedicti XIII.

5. Armeniorum Regis quorum quatuor signa Latina cum sigillis aureis, unum lingua Armenica cum aureo titulo quod olim habuit sigillum.

1. Epistola papyracea scripta literis ignotis quæ Dalmaticæ videntur ab Innocente cum sigillo aureo, quam cum Armeniorum fasciculo alligavimus.

3. Arabica lingua vel saltem scriptione Arabica sine sigillo.

1. Soldani Latina lingua scripta cum serico rubro ad initium involucri.

3. Sabalcha Patriarcha Orientalis, quorum duo majori ex parte Arabice scripta cum subscriptione Chaldea, unum vero totum mere Chaldee scriptum.

3. Chaldaica tota, quorum unum est Dionysii Episcopi Jacobitarum.

1. Cifra in papyro in modum quinternionis.

In sacco viridi Regni Neapolitani & Siciliæ.

1. Guglielmi sub Adriano IV. de concordia inter eos facta Beneventi, quod olim habuit sigillum.

Joannæ primæ, quorum duo cum sigillis aureis, unum Bulla plumbea Clementis VI. in quo exprimuntur conditiones quod si Imperator nubat, decedat a Regno Neapoli. Quartum olim habuit sigillum ut ex filo apparet.

13. Roberti quorum novem cum sigillis aureis, tria cum cereis, unum cum plumbea Urbani IV. in quo sunt conditiones quibus Franci acceperunt Regnum Neapoli ab Ecclesia.

1. Caroli Secundi ad Bonifac. de prorogatione censûs, quod olim sigillum habuit sine sigillo quadrum.

14. Caroli quorum novem cum sigillis aureis, tria cum cereis, unum sine.

A *In sacculo cerulei coloris Regni Neapolitani & Siciliæ.*

2. Eadmundi filii Regis Angliæ Regis Trinacriæ, quorum alterum habet sigillum aureum, alterum vero habet & unum aureum & quinque cerea.

2. Petri Regis Trinacriæ cum sigillis aureis.

7. Frederici quorum unum est cum sigillo aureo, unum cum sigillo cereo parvo in Pixide, unum cum Bulla plumbea Bonifacii de redditu Trinacriæ ad Ecclesiam; quatuor sine sigillo quorum tamen unum habuit, & duo sunt transsumpta, alterum ultimum, alterum incertum.

6. Joannæ Reginæ, quorum unum cum sigillo aureo, duo cum cereis, unum sine sigillo, B
unum cum Bulla plumbea Clementis VI. una præterea cartula papyracea.

3. Roberti, quorum unum cum aureo sigillo, duo cum cereis.

2. Alphonsi primi cum sigillis aureis.

1. Indulgentia pro capella Alphonsi Secundi sine sigillo.

2. Conventiones Alphonsi Secundi cum Alexandro VI. quorum alterum in membrana quinterni; alterum in modum transsumpti in papyro, & habent insertam....

1. Guidonis Regis Hierusalem utile pro Masitanis cum Bulla plumbea Caroli Primi Regis & Secundi; sed plura secundi: quorum septem habent sigilla aurea, tria vero cerea, qua- C
tuor plumbea. Unum caret sigillo; sed olim habuit: de censu Ecclesiarum Regni sub Nicolao IV. cum sigillo plumbeo.

In sacco viridi 6. Franciæ, Angliæ, Hiberniæ, Scotiæ.

Fides de quingentis ducatis receptis de mandato ducis Andegavensis sub n. 16. capsula.

2. Ludovici Andegavensis de pecuniis quibusdam numeratis cum sigillis cereis.

2. Philippi Regis Franciæ, quorum alterum majus est cum sigillo cereo, alterum vero caret.

3. Franciæ cum sigillis cereis, quorum unum est Nicolai Cardin. Eugenii IV. de pace inter Regem Franciæ, & suos principes & inter regem eundem, & Philippum Ducem Burgundiæ. D
Alterum est Ludovici Regis Franciæ ad Paulum Secundum, tertium habet responsiones Papæ ad principes Franciæ.

2. Angliæ regnum (*sic*) quorum alterum habet Bullam plumbeam Innocent. IV. alterum sigillum cereum Eduardi.

1. Transsumptum tertium instrumentorum pertinentium ad Reges Angliæ, Scotiæ.

2. Ad Franciam & Angliam pertinentia, quorum alterum habet plumbeam Bullam Bonifac. VIII. & est de induciis inter Regem Franciæ & Angliæ.

1. Transsumptum habens tria instrumenta pertinentia ad Reges Franciæ, Angliæ, Scotiæ sine sigillo.

Donatio Angliæ & Hiberniæ facta a Rege Joanne.

E Item Donatio Aragoniæ facta a Rege Petro in concilio Lugdunensi, habet sigilla cerea 40.

& in medio Bullam plumbeam Innoc. IV.

Item simul est Philippi Imperialis relaxatio & restitutio bonorum Ecclesiasticorum & de facultate eligendi Prælatos.

In sacculo fulvi obscuri coloris Ungariæ, Bohemiæ & Austriæ.

2. Transsumptum Literarum Regis Ungariæ, quorum alterum habet 4. sigilla cerea & intermedium plumbeum Bullam Innoc. IV. alterum habet cereum unum sigillum.

1. Constitutiones servandæ in Regno Ungariæ factæ Philippo legato sub Nicolao IV. scriptæ in quinterno membranæ, sed imperfectæ & sine tabulis ullove tegumento.

1. De successione in Regno Ungariæ Mariæ Reginæ Siciliæ & Caroli, cum duobus sigillis cereis.

1. Gregorii Regis Bohemiæ cum promissione Regis Mathiæ, Regis Ungariæ, cum sigillo cereo.

2. Ladislai Regis Ungariæ, cum sigillis cereis.

4. Oetgarii (*al.* Ottocari) Regis Bohemiæ, quorum duo cum sigillis aureis, alia duo cum cereis.

3. Caroli Regis Ungariæ, quorum unum habet 9. sigilla cerea; alterum vero unum sigillum cereum, tertium est absque sigillo.

1. Ludovici Regis Ungariæ, cum sigillo cereo.

XI. Literæ Belæ Regis Ungariæ, simul involutæ in una membrana in modum globi, cum sigillis aureis.

In sacco fulvo obscuro, Aragoniæ, Hispaniæ, Corsicæ, Sardiniæ, Canariæ, & Hesperidum.

1. Ad Carolum Regem Aragonum de creatione Alphonsi filii Regis Aragonum cum plumbeo Nicolai IV.

2. Ad Petrum de Villa-Regali extra fretum Hispaniæ, cum plumbeis Pauli Secundi.

1. Alphonsi Regis Castellæ, cum suo sigillo plumbeo.

1. Ad Constantiam Reginam Aragonum, cum plumbea Bulla Bonifacii VIII.

4. Longi processus contra Petrum Aragonum de Regno Corsicæ, & Sardiniæ, cum plumbeis Urbani V.

1. Bulla Innocentii VI. cum sigillo ejus plumbeo de juramento fidelitatis Petri Aragonum.

1. Breve Alexandri VI. ad Ferdinandum Regem Hispaniæ de accepta ab eo quadam cifera.

8. Petri Regis Aragonum, quorum sex cum cereis sigillis, unum cum aureo sigillo. Reliquum olim habuit sigillum, nunc eo caret, relicto tantum serico flavo & rubro.

1. Tractatus 4. Cardinalium cum hominibus Regis Aragonum de feudo & censu Pisarum, & * Islvæ insulæ, cum quatuor sigillis cereis.

1. Ludovici Principis fortunæ Hispanæ de Canaria & quibusdam aliis insulis extra fretum Hispaniarum spectantium ad Ecclesiam Romanam, & de ipsarum feudo & censu, cum sigillo aureo.

2. Joannis Regis Aragonum: habet cereum sigillum, alterum vero olim habuit aureum.

A 2. Bonifacii VIII. quorum unum cum Bulla plumbea de Sardinia & Corsica, tradita regibus Aragoniæ ab Ecclesia, alterum vero est sine sigillo de Sardinia, ejusmodi tradita.

2. Alphonsi Regis Aragonum, unum cum sigillo aureo, alterum sigillo caret.

1. Alphonsi Regis Castellæ, cum sigillo plumbeo.

1. Ferdinandi Regis Hispaniæ, cum sigillo cereo, de Castro Forate Rom. Ecclesiæ donato.

5. Jacobi Regis Aragonum, quorum duo cum cereis sigillis, unum cum Bulla plumbea Urbani V. unum absque sigillo, unum habuit olim aureum, nunc habet solum sericum relictum flavum & rubrum.

B *In sacco viridi Sindicatuum, & censuum quorumdam oppidorum Romanæ Ecclesiæ, sub numeris prout erant in capsula, in Bibliotheca Palatina.*

Castrum S. Petri de Marchia commune 53. Montis Euponis Pipernum 44. Terracinæ 22. Pistariæ, Commune 92. Stafiuli, Macerata 63. Castrum Vaccæ 95. Castrum Rocchæ 78. Communitas Cumana, Commune 1. Monticuli 86. Camerinensis Diœcesis. Castrum Murci 74. Valleum Castrum S. Mariæ 49. Auximanæ Diœcesis, Castrum Montisfortini 88. Firmanæ Dioecesis. Castrum Montis Novi Senogalliensis Ripa Transonis 73. Communitas Marchiæ 82. ad pronunciandum Censum. Civitas C nova Firmanæ Dioecesis. Castrum Offanæ 77. Castrum S. Genesii 87. Castrum 81. Offidoe 81. Arcuata 59. Surianum 83. Camerinensis Dioecesis, Castrum Montis Causarii 46. Castrum Marcinalium, Castrum Montis Ulmi. S. Victoriæ Census vel Prætoris salarium in Silibus Ravennatis, quod est alterum a superiore, & caret numero.

3. Contra Perusinos quorum unum sub num. 17. de Castro Gualdi, duo sub n°. 52. quorum quod minimum enominat oppida Spoletinorum occupata a Perusinis.

13. Contra Urbevetanos ne invadant Bulsenam, quorum tria sunt sub num. 41. duo sub num. 74. tria sub num. 80. tria sub num. 75. unum vero sub num. 45. unum sub num. 79. pertinentia ad Castrum Mirandæ sub numeris sigillatim 39. 43. 48. 67. 70. 72. 59. D 94.

3. Tria inventaria Castri Marchæ sub numeris sigillatim 34. 35. 50.

3. De Emptione Susmani, quorum unum sub num. 64. habet sigillum cereum, alia duo carent, quorum unum sub num. 32. aliud sub num. 58.

1. De summissione Castri Frusinonis sub num. 8. Item Syndicatus Frusinonis sine notis. Item de Ripa Pransonis census in 120. librarum Ravennatensium, & est alterum a superiore, hoc est enim sine numero.

1. De Castellano Roccæ de Cæsis sub num. 57.

1. De venditione territorii Cepperani sub num. 90.

1. De admonitione Roccæ Carlene, ne faciat murum aut munitionem sub num. 98.

E 1. De Sindicatu Monbris Monachi in Mar-

chia Veletrensium eligentium Papam in Prætorem.

Inventarium de rebus Castri Marchæ sine numero, hoc est quartum præter superiora.

Admonitio iterum Rocchæ Carlei ne quod moliantur & edificent sub num. 60.

In sacco fulvi obscuri coloris oppidorum patrimonii & ditionis Ecclesiæ in Italia.

1. Processus contra Rebelles Cingulanos, sine sigillo.

4. De pace facta inter Matthiam de Anania & homines Frusinonis, quorum tria sunt parva, unum vero longius & in unum parvorum est insertum, unum ejusdem materiæ ita ut quinque dici possint. Omnia sine sigillo.

1. Fuscanæ civitatis eligentis Bonifacium octavum in prætorem perpetuum, sine sigillo. B

1. Habens septem appellationes consutas simul contra Monachos S. Stephani pro parte Episcopi Bononiensis interpositas in Petra Lugi & Ravennæ, sine sigillo.

1. Citatio Galeotti & Malefacti Trianorum Arimini occupantium Romandiolam, cum plumbo Innocentii VI.

1. Locatio XI. Comitatuum Ravennæ, Romandiolæ, sine sigillo.

1. Contra Communem Mevaniæ pro Romana Ecclesia, sine sigillo.

1. De venditione & emptione Susmani, sine sigillo, de hoc etiam sunt 3. privilegia colligata in sacculo superiore sindicatuum sub num. 64. 37. & 58. C

1. Homagium Castrorum Marchiæ Anconitanæ sub Gregorio X. cum sigillo cereo.

1. De quibusdam factis Roccæ Lariani, & investitura Castellani, sine sigillo.

1. Processus contra Perusinos cum plumbo Nicolai IV.

1. Impignoratio Bertinoris, sine sigillo.

1. Processus contra Communem Tudertinorum eo quia invaserant Sancti Gemini Castrum cum cereo sigillo.

1. Communis Castri civitatis obligatio pro injuriis illatis Castro Georgii, sine sigillo.

1. Commendatio Ripæ Transonis in 40000. Marchas, & electio potestatuum in Marchia Anconitana, sine sigillo. Item altera duo de Ripa Transonis sunt in sacculo sindicatuum superiore.

2. De receptione, & possessione Orbitelli, sine sigillo. D

3. Viterbensium Rerum, quorum unum habet certas conventiones, quod Curia Romana maneat Viterbii. Secundum est de Treguis inter ipsos & Ursum quemdam Ursi filium occasione quorumdam Castrorum ut Roccæ & Valeriani. Tertium est parvum in papyro, & est sindicatus quidam Viterbiensium, omnia sine sigillo.

4. Cornetanorum continentia Conventiones quasdam & statuta, & inquisitiones factas contra quosdam cives, sine sigillo.

1. Camerinen. condemnatio in mille marchas argenti, occasione cujusdam excursionis egestatus, sine sigillo sub num. 16.

1. S. Severini Camerinensium obligatio pro salario prætoris, sine sigillo.

A *Sequitur index sacci positi oppidorum Italiæ Ditionis Ecclesiasticæ.*

5. Processus contra Urbinates tyrannos, & conventiones quædam inter ipsos & Ecclesiam, singuli cum suis sigillis cereis.

3. Spoletinorum, quorum unum cum plumbo Nicolai IV. alia sine sigillis.

Multa Bononiensium, quorum duo cum sigillis plumbeis Benedicti XII. duo cum sigillis cereis communitatis Bononiæ, unum cum cereo D. Guidonis præpositi, unum cum cereo de Pepulis, reliqua sine sigillo.

In sacculo fulvi coloris obscuri rerum curiæ & urbis Romæ.

8. Diversorum Prælatorum & Abbatum super illam decretalem, *ubi manus * imminet * pericula*, quorum duo singula sunt in tribus sigillis cereis, alia sex singula cum pluribus sigillis cereis.

1. Examinatio & responsio 6. Cardinalium qui elegerunt Bartholomæum Barensem in Papam, cum sex sigillis cereis sumptum e Capsula sub num. 26.

1. Compositio inter Joannem Sciairam & Ecclesiam, Ludovicumque & Franciscum.

Creatio Caroli Primi Regis Siciliæ in Senatorem Romanum sub Martino IV.

1. Concessio medietatis emolumenti Regni Siciliæ, Angliæ, Italiæ totius, & Venayssini Comitatus D D. Cardinalibus, cum Bulla plumbea Nicolai IV.

1. De matrimonio dirimendo ab iis qui Sacros Ordines acceperunt, cum plumbea Bulla 22.

1. Exemptio data Petro de Corbaria Antipapæ, cum plumbea Bulla Joannis XXII.

1. Processus contra invasores Ecclesiarum, cum plumbea Clem. VI.

1. Reformatio taxarum curiæ officialium, cum plumbea Julii II. sub num. 12. e sacculo .... contra duos Cardinales Columnenses qui faverant Regi Aragonum contra Ecclesiam, cum plumbea Bonifac. VIII.

Sequitur index sacci fulvi rerum curiæ & urbis.

2. Confessionalia alterum alteri insertum.

1. Confirmatio Indulgentiarum de urbe a Cinerum diead Pasc ha, cum plumbo Bonifacii VIII.

1. Pro Capellanis Regis Alphonsi Secundi Regis Neapolitani ad beneficia promovendis.

1. Juramentum Abbatissæ S. Catharinæ in Burgo S. Petri.

1. Epistola communitatis Toletanæ super facto Schismatis cum sigillo cereo.

2. Confessionalia pro adunato & conductoribus proventuum S. Victoris Mediolani Cardinalis Valentini.

1. Conventiones inter Alexandrum VI. & Alphonsum Regem Neapolitanum, de reditu ad urbem Cardinalis S. Petri ad vincula, ad obedientiam Alexandri VI.

E 1. Involucrum Papyraceum vetustissimum trium

trium Bullarum cum sigillis plumbeis, quorum una Bulla est Leonis X. Literis Latinis, sed hoc tempore non intelligendis. Secunda Sergii sine literis ullis, tertia Gregorii.

1. Immunitas Cistercensium cum Bulla plumbea Clementis IV.

1. Fides & attestatio B. Episcopi Portuensis de pecuniis acceptis a Magnifico Guglielmo pro militibus e Francia adducendis.

1. De præbenda & cantoratu Ambianensi, cum Bulla plumbea Bonifacii VIII.

1. Processus de captivando Patriarcha Antiochiæ, cum sigillo cereo.

1. Statuta pertinentia ad beneficiatos S. Petri cum plumbo Nicolai III. sub num. 2. e sacculo.

1. De morte Bonifacii Cardinalis Adriani ex metu Benedicti XIII. in Avenionensi Palatio.

1. De terra in stabulo locata, sub Benedicto, sub num. decimo e sacculo albo lineo sumptum.

1. Causa Abbatiæ Sanctæ Mariæ Eboracensis cum plumbo Urbani IV.

1. Relationes Episcopi Clomensis, altera de perveniendo ad Concilium generale (*sic*) altera de Canonica electione Prælatorum.

2. Quod non sit appellandum ad futurum Concilium. Altera cum plumbea Julii Secundi Registratum (*sic*) in Camera Apostolica. Altera est ejus transsumptum sine sigillo, registratum in Cancellaria ac D. Hieronymi Ghinucii Episcopi Asculani.

1. De promotione ad ordines Joan. de Candelo.

De venditione cujusdam loci facta Andreæ Geppis de Florentia. De hac re est aliud instrumentum in sacco subsequenti oppidorum Italiæ, extra ditionem Ecclesiæ.

2. De legitima nativitate Cæsaris Borgiæ Cardinalis olim Valentini cum plumbo Alexandri VI.

1. De decem millibus Francorum tradendis Duci Borbonio pro transitu ejus ad Regnum Siciliæ, cum plumbo Clem. VII. sub num. 42. e capsula.

Interpretatio quo tempore sex menses debent computari, quibus interdictum suspenditur, cum plumbo Clem. IV.

Sequitur index sacculi ex alio scripto rerum curiæ & urbis.

2. Literæ Commendatoriæ pro Fratre Dominico Ordinis Minorum, cum plumbo Innoc. IV. e Capsula.

1. Literæ ad Petrum de Luna tempore Schismatis vocatum Benedictum XIII. sub n. 54.

2. Confessiones, una Leopardi sub num. 38. altera Gentilis de Polmo sub num. 69. e capsula 38. & 96.

Capsulæ sumptæ continent rationem Gubernii Beneventani & obedientiam ipsorum.

1. Chartula ex papyro convictiones de oppido Madrusia.

Quinternus in papyro de scriptis & dictis per D. Cardinalem Valentinum quod servetur.

In Regno Castillæ de constitutionibus Ecclesiasticis.

Confirmatio Generalis facta Monasterio
A Cassinensi per Innocentium III. in Quinternione de papyro sumpta e Capsula sine num.

1. Contractus cujusdam venditionis in quinterno papyraceo sine principio.

13. Instrumenta de vineis emptis juxta S. Petrum de urbe a variis personis.

1. Literæ Episcopi Castellani de juramento Patriarchæ Gradensis, cum cereo sigillo.

1. Pauli Secundi cum Bulla plumbea contra avaritiam Prælatorum, Legatorum & Officialium Curiæ.

Donationes terrarum & possessionum factæ Monasterio S. Salvatoris Ord. S. Benedicti in Dioecesi Reatina, sine sigillo.

De debito 16. Florenorum quos debebant Presbyter Martinus & Magister Petrus de Far-
B cusio. E capsula sunt num. 47. sine sigillo.

In sacculo fulvi obscuri coloris oppidorum & locorum Italiæ extra ditionem Ecclesi.

Primum de reconciliatione Mediolani qui adhæserant Ludovico Bavaro & Petro de Corbaria cum duobus sigillis cereis.

1. Placentiæ, Laudæ, Cremæ, Carvagii, Martinenghi, Castri novi, Baccadeluæ (*sic*) Castrorum Mediolani, Cremonæ, & Bergomensis Dioec. cum duobus sigillis cereis reconciliatio, & summissio.

5. Cremonensium reconciliationes, quorum unum habet duo sigilla cerea, alia singula sigilla cerea. Quatuor sunt longa, unum qua-
C drum Privilegium.

2. Novarensium reconciliationes quorum unum habet sigillum cereum.

2. Bergomensium cum sigillis cereis.

2. Comanorum, quorum primum longum habet sigillum cereum, alterum quadrum caret.

3. De Gayene Donatione quorum unum e Capsula sumptum est sub num. 31. omniaque carent sigillo.

2. Sonzinatum, quorum alterum est quadrum, habet duo sigilla cerea; longum vero unum tantum.

4. Astensium Marchionum, quorum duo sunt de vicariatu Ferrariæ concesso Marchionibus Alberto & Nic. alterum ipsorum habet duo sigilla cerea suntque e capsula sub num. 20. & 21. Altera duo sunt de foedere facto inter Ecclesiam Paduanam, & Astensem;
D quæ singula habent plumbeam Bullam Urbani V.

2. Lucensium reconciliationes, quorum longius habet cereum sigillum.

4. Alberti & Martini Scaligerorum de Verona, quorum duo sunt de possessione Magnani & Capprariæ, & alterum ipsorum habet duo sigilla cerea. Alterum habet Bullam plumbeam Benedicti XIII. tertium habet ex minoribus, caret sigillo. Quartum quod est maximum habet Bullam plumbeam Benedicti XIII. & dat eisdem curam Regendæ Veronæ, Parmæ & Placentiæ.

2. Parva instrumenta de recognitione Parmæ ambo e capsula sub num. 32. & 56.

Florentinorum quorum alterum habet Bullam plumbeam Bonifac. VIII. & excommu-
E nicat quemdam civem Gibellinæ factionis, alterum est Alexandri VI. de conductore Flo-

rentinorum Virgilio Ursino.

3. Venetorum cum sigillis plumbeis, quorum unum continet precationem veniæ de offensione Ferrariæ, duo vero sunt alterum ad Paulum II. alterum ad Alexandrum VI. omnia cum plumbeis sigillis.

Sequitur index sacculi & scripti, oppidorum Italiæ, extra ditionem Ecclesiæ.

1. Pisanorum reconciliatio, cum sigillo cereo.

1. Burgo S. Donini, cum sigillo cereo.

1. Venditio loci cujusdam in Grava Valentinensis Diœcesis cuidam Andreæ Greppi, sine sigillo, de hac re est mentio alio in instrumento posito in sacco superiore.

1. Senensium compositio cum Politianis Comitibus, & Dominis de S. Flora, sine sigillo.

1. Quietationes Abbatiæ de Latio Soanensis Diœcesis e capsa sub num. 27. sine sigillo.

1. Albiganorum reconciliatio, sine sigillo.

1. Tertonensium reconciliatio sine sigillo.

1. Citatio Abbatis S. Michaëlis de Clausa, cum sigillo cereo.

1. Compositio cum Barnabo Vicecomite, cum sigillo cereo.

1. Census Rocchæ Carpineti Reginæ Diœcesis, duorum Florenorum, sine sigillo.

1. Papiensium summissio & reconciliatio cum cereo sigillo.

Feltrensis populi & cleri summissio & reconciliatio, seu veniæ petitio ab excommunicatione & interdictis, e capsula sub num. 36.

Bulla edita per Julium Secundum, super electione Pontificum contra Simoniacos.

Registrum diversorum privilegiorum & instrumentorum scriptorum in pergameno, in uno volumine & membranis, pulcherrime ligatum, directum per Platinam Bibliothecarium ad Sixtum IV. P. M. reposite (*sic*) in magno capsone, quod incipit ab Epistola Platinæ ad Sixtum IV. Deinde sequuntur litteræ ad Regem Siciliæ; finitur in literis Roberti Regis Siciliæ super continuatione census dicti Regni.

Secundum volumen scriptum & compaginatum ut supra & directum similiter. Quod incipit & in litteris credentialibus Comm. Cremonæ per oratores illius civitatis ad Benedictum XII. Pontificem, scriptum per notarios, & finitur in literis obedientiæ Regis Ludovici Francorum.

Tertium volumen simile ubi incipit instrumentum rogatum per Jacobum Martini de Alatro, & finit in declaratione rebellium Roberti de Malatestis, Constantii Sfortiæ, & Galeotti de Manfredis, ac Antonelli de Foro Livio.

In sacculo telæ viridis sunt hæc infra scripta privilegia & instrumenta, videlicet.

Instrumentum Rodulphi Romanorum Regis scriptum manu plurium Prælatorum & Notariorum, in quo promittit Nicolao IV. non perturbare Romanam Ecclesiam in possessionibus & bonis quibuscumq. quæ possidet, & in futurum possidebit, cum sigillo pendenti involuto in Bambachia, & signo per nos juxta sigillum literæ B.

Instrumentum cum sigillo ut proxime ratifi-
A cationis, & approbationis obedientiæ, ac concessione per Rodulphum Romanorum Imperatorem. Dat. de ann. 1279. signatum per nos juxta sigilli pendentis cordulas, litera B.

Fasciculus diversorum privilegiorum & primum est commissio Benedicti XII. facta D. Joan. de Tinelia ad transuntandum (*sic*) in civitate Asissii quasdam scripturas ad Romanam Ecclesiam spectantes prope cordulas sigilli pendentis per nos, lit. C.

Item in eodem fasciculo instrumentum Rodulphi Romanorum Regis cum filiali obedientia per oratores suos & sigillo pendenti suo, Honorio Papæ præstita, signata per nos lit. D.

Litera Rodulphi Romanorum Regis anno
B 1280. cum suo sigillo pendente per quosdam procuratores & oratores suos ad petendum & supplicandum diem coronationis suæ, signatum per nos prope sigillum, litera E.

Item literæ ejusdem ad Nicolaum III. super terris Romandiolæ, signatæ per nos prope cordulas, lit. F.

Item literæ Rodulphi Imperatoris confirmationum omnium & singulorum per ipsum, & prædecessorum Imperatorum, signatæ per nos lit. G.

Item literæ Ludovici Ducis Bavariæ de ann. 1279. sub confirmatione omnium datorum & concessorum Ecclesiæ, signatæ per nos lit. H.

Item literæ Rodulphi Ducis Austriæ confirmationis omnium datorum S. R. E. post re-
C conciliationem ad eamdem Ecclesiam, & permissione manutenendi, & cum subscriptione manus suæ, & sigillo pendenti, signatæ per nos, lit. I.

Item Literæ Benedicti Commissionis ad transuntandum quædam privilegia in Civitate alias Antinatensi sub ann. 1339. signatæ per nos, lit. K.

Item instrumentum Rodulphi Imperatoris in quo confirmantur omnia donata Ecclesiæ per Imperatores, signata per nos lit. L.

Item instrumentum Rodulphi Regis Romanorum super Confirmatione Radicofani & pertinentiarum, signatum lit. M.

Item Literæ Othonis Marchionis Brandeburgensis, Confirmationis omnium Donationum de anno 1279. signatæ per nos lit. N.

Item in sacculo telæ lineæ existente in præ-
D dicto sacculo telæ viridis.

Instrumentum Othonis sub Bulla aurea super obedientia, & confirmatione & restitutione terrarum a Radicofano usque ad Ceperanum cum Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, & terra Comitissæ Mathildis, Comitatus Bertinorii, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis cum aliis adjacentibus terrarum. Signatum per nos prope Cordulas sigilli pendentis, lit. C.

Item privilegium Othonis & Pipini filii Romanorum Imperatorum in quo est confirmatio Concessionum factarum Beato Petro & S. R. E. de *Civitate Roma* & suo Ducatu, & Civitate, Literis aureis scriptum, Ligatum cum suprascripto instrumento cum Bulla aurea, signatum lit. P.

E Item Literæ, seu illarum transumptus Benedicti XII. sub commissione ad transuntandum

quædam privilegia ad Roman. Ecclesiam pertinentia, & in Civitate Assisii existentia, cum A sigillo pendenti, signatæ per nos, lit. E.

Item instrumentum executionis proxime factæ Commissionis, cum sigillo pendenti, signatum per nos, lit. B.

Item aliud instrumentum simile, cum sigillo pendenti, signatum per nos, lit. C.

Item aliud instrumentum simile cum sigillo pendenti, signatum per nos, lit. V.

Item privilegium Rodulphi Imperatoris super ratificatione omnium terrarum concessarum Ecclesiæ in Italia, cum Bulla aurea, cum permissione defensionis Regni Siciliæ, Marchiæ Anconitanæ, Civitatis Ravennæ, & alia. Signatum per nos, lit. X.

Item privilegium Henrici sub Bulla aurea super promissa defensione Pontificis, & con- B cessionibus terrarum Ecclesiæ Romanæ donatarum, Comitatus Sabinæ, Civitatis Interamnensis, & arcis Ceparum, & terræ Arnulphorum. Signatum per nos prope cordulas, lit. Y.

Item Bulla Urbani V. colligationum factarum per Ecclesiam Paduanam, & March. Astens. Signat. lit. Z.

Alia Bulla similis signata, lit. B. a.

Item Bulla Henrici Imperatoris cum juramento obedientiæ, & confirmatione omnium concessionum factarum Ecclesiæ per Imperatores cum sigillo pendenti, signatum, lit. B. b.

Item Literæ Caroli Imperatoris, cum Bulla C aurea, juramento fidelitatis & confirmatione omnium rerum donatarum Ecclesiæ, signatæ per nos, lit. C. c.

Item aliæ Literæ similes Caroli IV. sub Bulla aurea, signatæ per nos, lit. D. d.

Item Bulla Othonis Imperatoris aurea, super protestatione juramenti fidelitatis, & promissione recipiendi Coronam a S. R. E. signata, lit. H.

Item sigillum aureum Henrici cum uno Ducatu Veneto in una Bursa telæ lineæ.

Item Litera Federici Imperatoris qui ob occupationem quarumdam terrarum Ecclesiæ ab Innocentio IV. fuit excommunicatus, ita ut ipse Imperator ad impetrandam pacem, & absolutionem, Oratores ad ipsum Pontificem miserit & alias, prout in Literis magnæ Scripturæ, cum sigillo magno pendenti ipsius Imperatoris, signat. lit. E. e.

Instrumentum fidelitatis & securitatis præstitæ per Isoardum Tamgerendi & Beatricem Episcop. Diens. (*sic*) cum duobus sigillis pendentibus signatum, lit. G. g.

Instrumentum transumpti super obedientia præstita Honorio PP. per Federicum II. Imperatorem, quod occurrente vacatione Ecclesiæ, sic, &c.

In Bibliotheca nostra S. Germani est Catalogus amplissimus literarum & instrumentorum, quæ in Castello S. Angeli habentur, alphabetico ordine concinnatus; sed incipit tantum a litera C. literæ A. & B. desiderantur.

In Codicibus Montis-Cassini hæc notavit D. B. de Montfaucon.

IN codice Monasterii Montis-Cassini annorum circiter 400. aut paulo amplius.

Necrologium ubi multorum Principum Neapolitanorum dies obitus annotantur.

Deinceps vero Kalendarium amplum; & Regula S. Benedicti, & in fine formula recipiendi alicujus ad participationem bonorum operum; & postea sic habetur: *Hic liber per plures annos fuit ex Monast. Cassinensi, & recuperatus & restitutus dicto Monasterio per Loysium de Raymo de Neapoli anno Domini* 1506.

Vita S. Josaphat Gallice annorum prope 400.

Codex decimo sæculo conscriptus; ubi 1°. D Regula S. Benedicti cum Commentariis Pauli Diaconi; Pauli Diaconi Epist. ad Carolum Regem; Gregorii Magni Epist. ad Castorium Ariminensem Episcopum; Constitutiones quædam Montis-Cassini. Scriptus est liber Berthario Abbate sæculo nono. Hinc historia quomodo Sarraceni Ecclesiam B. Petri Apostoli deprædati sunt, & Cellas B. Benedicti igne cremaverunt. Edita in hist. Monasterii Montis-Cassini. Catalogus Summorum Pontificum prima manu usque ad Joannem X. quod tamen non concordat cum dicto superius quod liber sit scriptus Berthario Abbate qui martyrio adfectus est anno 884. Catalogus Imperatorum Romanorum. Catalogus Regum Longobardorum. Catalogus Comitum Capuæ. Epitaphium Pauli Diaconi carminibus. Titulus in Ca- E talogo Paparum est, *Apostolici viri.*

In codice quodam Cassinensi qui undecimo sæculo exaratus est; ubi 1°. Regula S. Benedicti, & quædam Constitutiones Cassinenses reperiuntur, habentur etiam Litaniæ Sanctorum amplissimæ in quibus hæc notanda; in martyribus legitur S. Mercurius, Nicander & Martianus simul, in Virginibus Sancta Margarita & Sancta Æcaterina Αικατερινη. Orationes multæ, & inter alias eæ quæ dicuntur Domini Petri Ostiensis Episcopi. Capitula Ludouvihi (*sic*) Imperatoris. Epistola Pauli Diaconi ad Carolum Imperatorem.

In eodem codice reperiuntur imagines alibi depictæ.

In alio codice, cui titulus recentiore manu præfixus est: Liber anticimenon B. Bertharii Martyris Abbatis Cassinensis, de quæstionibus Veteris & Novi Testamenti, hæc carmina leguntur:

Bertharius Christi justus juramine sanctus.
Presbyter hunc librum condere jussit amans.
Has bene scripturas satagis hinc discere sanctas,
Qui legis explora. Mystica quæque tenet.
Posce piis precibus necnon super astra tonantem,
Ut famulo reddat præmia digna suo.
Joannis Pontani carmina.
Joannis Gemisti protrepticon.
Joannis Aurelii Eglogæ.
Joannis Mariæ Velmatii de laudibus Italiæ.
Jac. Sannazari carmina, primus codex manu ipsius.
Joann. Bocacc.
Juvenalis codices 19.

In XXXV. pluteo.

Lucani viginti-quatuor codices.
Lucretius octo codices.
Laurentii Medicei elegia.
Lippi Brandolini de laudibus Laurentii Medicei.
Laurentii Vitellii arborea.
Ludov. Bigi Epigrammata.
Martialis tres codices.
Martiani Capellæ.
Naldi de Naldis elegiæ.
Nicolai Bonaiuti S. Hierusalem.
Nicodemi Mantuani Epigrammata.

In XXXVI. pluteo.

Ovidii innumeri codices.
Orphei carmina.
Plauti Comœdiæ tredecim codices.
Propertius.

In XXXVII. pluteo.

Persius tres codices.
Prosper Aquitanicus.
Petronius arbiter.
Senecæ Tragœdiæ.
Silius Italicus quinque codices.

A *In XXXVIII. pluteo.*

Statii Thebaïs septem codices.
Statii Achilleis quinque codices.
Statii Sylvæ.
Tibulli quatuor codices.
Terentii 21. codices, antiquior est X. sæc.
Theoduli carmina.

In XXXIX. pluteo.

Virgilii Æneidos 24. codices.
Bucolica novem codices.
Priapeia.
Vegetius.
Ugolini Verini carmina.
Valerius Flaccus quatuor vol.
B Virgilius hic reperitur caracteribus uncialibus rotundis; in cujus septimo folio hæc leguntur: Turcius Rufius Apronianus Asterius V. C. &c.

In XL. XLI. XLII. XLIII. XLIV. pluteis.

Italico Idiomate omnes.

In XLV. pluteo.

Servii in Virgilium duodecim codices.
Senecæ Epistolæ novem codices.
Sexti Frontini de strategematibus.
Sidonii Epistolæ.
Solini Epistolæ.
Tiberii expositio Æneidos caractere Longob.
C Theodorici Regis Epistolæ.
Vegatii Mulomedicina.
Vegetii de re militari.
Volsci Privernatis Comment. in Fast. Ovid.
Xenophon de vita Cyri duo codices.

In XLVI. pluteo.

Quintiliani octo codices.
Roberti Valturii de re militari.
Raphaëlis Brandolini de laudibus Cosmæ Medicei.
Petri Blesensis Epistolæ.
Petrus Crescentius.

In XLVII. pluteo.

Prisciani mss. XVIII.
Palladii duo mss.
D Petri Redtiti exhortatio ad Petrum Mediceum.
Poggii opera multi mss.
Plutarchi quædam Latine.
Polyæni Strategemata.
Phalaridis Epistolæ Latine.
Plinii Epistolæ V. codd.

In XLVIII. pluteo.

Nonii Marcelli 5. codd.
Nicolai Peroti Enchiridion.
Nicolai Tignosii quædam.
M. Tullii Cic. innumeri codices, verum. Orationum omnes.

In XLIX. pluteo.

M. T. Cic. Epistolæ famili. XV. codd.
E Epist. ad Atticum VII. codd.
Aliarum permixtim 2. codd.

In L. pluteo.

A

M. T. Cic. Rhetoricor. XXII. codd.
De Invent. 8. codd.
De Oratore X. codd.
Orator VI. codd.
Partitiones oratoriæ. 1. vol.

In LI. pluteo.

M. Cato de re rustica 2. codd.
M. Varronis de re rustica 2. codd. de lingua. Latina 4. codd.
Macrobius Saturnalia 3. codd.
Martiani Capellæ 5. codd.
Marii Salomonii Oratio ad Priores Florentinos.
Matth. Herculani Encomium in Leon. X.
Marsilii Ficini Epistolæ.

B

In LII. pluteo.

Leonardi Aretini plurimi codices.
Libanii Epistolæ.
Lancilotti in Columellam.
Laurent. Vallæ.
Boccaccii.
Honofrii de S. Geminiano in Terentium.
Hierocles.
Gasparis Grammatica.
Georgii Vallæ opera.
Galeottus Martius de Doctrina promiscua.

In LIII. pluteo.

Commentatores AuctorumClassicorum & Humanistæ multi.

In LXX. pluteo.

Hesychii de claris viris.



BIBLIOTHECA LAURENTIANA MEDICEA.

Hic Catalogus a duobus Doctis concinnatus fuit.

Pluteus primus a parte anteriori.

I. BIBLIA Hebræa impressa, in folio, nota impressionis cum prima pagina excidit.

II. Elias Mizrachi, seu Orientalis Rector Synagogæ Constant. in commentarium Rasci super Pentateuchum, opus commendatum a Judæis, in quo una cum sacri textus expositione, obscura traditionum Hebraïcarum loca elucidantur. Impressus Venet. in folio anno minoris supputationis 287. Christi 1527. *Supputatio enim minor Hebræorum incipit anno Christi* 1240.

III. Psalterium Græcum, Hebræum, Arabicum, Chaldaïcum & cum tribus interpretationibus Latinis; impressum in folo Genuæ anno 1516.

IV. *Mirchebeth hamischene* currus secundarius tit. ex Genesis cap. 41. v. 43. Commentarii absolutissimi in Deuteronomium R. Isaac Avravanelis ben-Judæ.

V. Commentarius in Ecclesiasten R. Samuelis b. Tabbun, codex bonus eleganter scriptus in pergameno: sensum literalem plerumque persequitur, atque inde ad moralem deflectit. Auctor comendatus a Maimonide, & ab aliis Judæis, eidem Maimonidi suppar. Hic Comment. a censoribus codicum Hebr. prætermittitur, quare ineditum puto. Incipit, *Fructus justi arbor vitæ.* Langius existimavit hunc esse titulum libri, eo quod literis majusculis exaratum viderit. Sed omnino principium est, ut ex contentu evidenter patet; & idcirco a librario literis capitalibus descriptum, quod semper in principiis novi argumenti observat. At fortasse idem, & principium, & titulus est, ut in Libris Pentateuchi, etsi id asserendum nulla ex codice ratio convincat. Cod. Hebr. in perg. in fol. min.

VI. Excerpta ex Manuscriptis & Comment. Abenesræ in Pentateuchum: Totum edidit Bombergius, sed multis in locis depravatum: Latini juris fecit Conradus Pelicanus.

VII. *Liber Kabalæ* continet Historiam Seniorum per quos Kabbala, seu traditio accepta a Moyse propagata est ad posteros. Codex bonus, ex quo multa ad eruditionem Hebraïcam conferri possunt: Auctor scribitur Abraham Levita; est ille Abraham Levita ben David, qui Kabalam Historicam scripsit, citaturque sæpe a Jo. Buxtorfio in Commentario Masorethico. historico. Cod. manuscrip. in membrana in quarto.

VIII. Explicatio operis quadrigæ R. David bar Joseph Kimchi. Explicat primo quid per currum sacri Auctores intellexerint. Ubi de Prophetia & Prophetis in genere, deinde procedit ad particulares visiones in quibus Deus Prophetis in curru apparuisse dicitur, ubi de celebri visione Ezechielis. Comentarius brevis est.

Sequitur Tractatus ejusdem Historia *Bereschit*, seu in Hexameron ubi de cælo, & mundo, & elementisCommentarius, Philosophicus.

Sequitur alius Tractatus, prolixior antecedentibus, de Anima; qui tamen nomen Davidis non præfert; in hoc agitur de anima & ejus potentiis, & operationibus, philosophica methodo: Dividitur in undecim capita. His nectuntur alia Fragmenta in hoc unum volumen compacta, duo de Legibus, tertium de Deo & ejus attributis. In fine Tabula Astronomica ubi de annis *hammehubbarim*, seu embolismi, numero aureo, de Neomeniis, & quatuor Sectionibus. Sunt tredecim tabulæ, inquit titulus, quas scripsit Magister noster Nachsciun, & continent Cyclum Lunarem. Tabula scribitur anno 5313. a creatione mundi, & anno 377. a consummatione operis.

IX. Ezechiel, & 12. Prophetæ minores Hebraïce, codex eleganter, & nitide descriptus in membr. in quarto, venerandæ antiquitatis; pars Zachariæ, & Malachias totus exciderunt, titulus exterior corrigendus qui Danielem habet.

X. Psalterium Armenum manuscrip. in fol. min. Armenice.

XI. Evangelium Armenum manuscrip. in fol. minori Armenice.

XII. Psalterium Syriacum editionis quam apud viduam Hiericuntinam repertam Origenes quintam vocat, inquit Gregorius Barhebræus. Eamdem contuli cum Hebraïco, & textu Septuaginta, & cum neutro convenire deprehendi. Psalterio nectuntur Cantica Veteris & Novi Testamenti, & aliæ preces dicendæ in quadragesima. In fine carmen S. Ephrem de amne sapientiæ, quod Ger. Vossius edidit tomo secundo operum ejusdem S. Doctoris. Codex optime scriptus charactere Maronitico, & antiquitatis non comtemnendæ, quam his verbis notavit Amanuensis: Finem habuit liber hymnorum David anno 162. Alexandri, scriptus ab Hausciab Peccatore in Monasterio Benedicto Kizchajæ. Hoc Monasterium est in monte Libano in Dioecesi Tripolitana.

Dividit Psalmos in Phetgome, seu Sententias, unde primus Psalmus habet 14. Sententias. Secundus 28. & sic de reliquis. Manuscrip. inquarto.

XIII. Missale Romanum cum suoCalendario ex Latino in Armenum conversum a Gregorio Archiepiscopo Armeno: Illum Gregorium esse puto, qui anno 1512. Armenorum Archiep. Romæ creatus fuit; hunc ille codicem scripsit fortasse ad usum suæ Ecclesiæ Naxivanensis in Armenia, quæ Latinum ritum sequi coepit circa 1318.

XIV. Liber Esther Hebr. manuscrip. in 16.

XV. *Liber Compositionum*. Hebr. Operis Auctor R. Emmanuel ben Salomonis Beneventanus; expositio in Prov. Salomonis hanc ille distinxit in 28. *Compositiones*. Quibus Ethicam omnem complectitur. Liber docto lectore dignus, impressus in quarto.

XVI. Psalterium Hebraïcum impressum, in decimo sexto.

XVII. *Figura terræ*, Tractatus Physico-Mathematicus de coelo, mundo, & elementis; dividitur in 10. capita. Pars ultima magni operis Astronomici insignis inter suos Mathematici Abraham b. Chaja; hic tractatus nondum impressus, nec alter de musica; reliqui prodiere Basileæ Lat. & Hebr.

XVIII. Psalmi, proverbia Job, & Daniel. Hebr. in 16.

XIX. Dialogus filii Regis, & Naziri, ex Græco in Arabicum olim conversum, Hebraïcum fecit Abraham Archirabbinus Barcinonensis benChasdai, Liber ethicus & Græca Sapientia dignus, cod. manuscrip. olim editus, vide inferius.

XX. *Megillat Esther*. Historia Esther Hebraïce optime scripta sine punctis, in octavo oblongo.

XXI. Supercommentarius in Commentarium Abenezra in Legem R. Samuelis Mothoth, Hebr. in quarto, Venetiis an. 314. min. supputationis apud Bombergum.

XXII. Tractatus Philosophici de accidente, de oppositis, de imagine quæ apparet in speculo, cujusdam fratris Germani, cujus nomen non indicatur. His nectuntur alii Ægidio inscripti: primus de divisione prædicamentorum, alter de regimine mulierum physicus: ad hæc tractatus prolixus ejusdem, cujus titulus Historia Genesis, in quo de causa prima, de anima rationali, & ejusdem operationibus, & habitibus; hinc de ipsius elevatione ad cognitionem supernaturalem, ubi de prophetia; qua occasione explicantur quamplurimæ visiones Prophetarum, præcipue. Moysis, Isaïæ, Zachariæ, Manue patris Samsonis. Hæc ultima fere sunt R. Judæ ben Moysis filii Danielis, qui supradictos tractatus collegit, & Hebraïce edidit; codex eleganter scriptus in Perg. in quarto.

XXIII. Psalterium Arabicum, titulus exterior corrigendus, qui habet Chaldaïcum; editionis Melchitarum, nempe Christianorum Syrorum, qui in utraque Phoenicia sunt, & ritum Græcorum sequuntur. Hanc adornavit Theodulus Aben Alfathl Diaconus Antiochenus quingentis abhinc annis, ejusque autographum extat Damasci in Syria. Cum textu Septuaginta ferè concordat; adjecta ad hæc Cantica 10. Veteris & Novi Testamenti hoc additamentum habes fere in omnibus Psalteriis Orientalium Syriaco, Arabico, Æthiopico, & Armenico.

XXIV. *Liber Esther* Manuscrip. in quarto Hebr. multa exciderunt.

XXV. Psalterium Æthiopicum quod Johannes Potken, qui illud edidit Chaldaïcum vocat; sed male: Nam etsi lingua Æthiopica cum Chaldaïca conveniat, alia tamen est, & ab eadem magis diversa, quam Hebraïca, aut Arabica.

XXVI. Aba Achmad in analytica Aristotelis interprete R. Mose ben Tybbun, ut indicat alius manuscrip. a Plantavitio notatus in Bibliotheca Medicæa de urbe; etsi loco Abu Achmad Abu Chamad legat; sed idem omnino est, ut aperte ex nostro codice colligitur, in quo utroque modo appellatum invenio. Arabes tamen constanter Abu Achmad dicunt, quos nos secuti sumus, hic est celebris ille Algazelus inter Doctos Arabas insignis, qui plurima alia Arabice scripsit, quæ deinde Hebraïcam & Latinam civitatem meruerunt, ut videre est inferius. Sequitur alius Arabs Aben Rasciab vulgo Averroës in Porphyrii Isagogen, & categorias Aristotelis, sed & in libros

libros περὶ ἑρμηνείας Anonymo interprete, & in libros Topicorum, quos a quodam Hispano in Hetruria Hebraïcos factos fuisse notavit Bartoloccius, ex quo hic multa adnotata invenies. Redit Abu Achmad, de anima vegetativa, inquit titulus, sensitiva, & humana, tractatus prolixus, philosophicus, huic nectitur disputatio de unitate Dei, in qua Christianos mordet auctor R. Samuel ben Tybbun, cui subjungitur libellus de resurrectione mortuorum sine nomine auctoris, sed est R. Moses Ægyptius eodem Samuele interprete ex Arabico in Hebraïcum; codex in quarto in papyro, charactere parum eleganti.

XXVII. *Εὐχολόγιον Hispanum*, seu potius hymni sacri ad idem Euchologion spectantes; horum auctores sunt R. Judas Hallevi ben Samuelis Hallevi celebris poëta Hispanus Abrahamo Abenesræ suppar, R. Isaak b. Gheat b. R. Judæ Cordubensis Archisynagogus, Moyses Abenezra, & R. Salomon b. Ghebirol; codex msc. in-quarto, sed olim impressus cum toto Euchologio Hispano Venetiis.

XXVIII. Codex continens sequentes tractatus. Historia eorum, quæ acciderunt R. Jehusciah b. Levi, ubi de morte ejusdem fabella lepidissima. Homilia in librum Esther. Sermo de oratione, in quo septem ejusdem impedimenta explicantur. Sermo de lege, alius in fabulas Talmud. Sermo de vita Moysis: alter de morte Aharonis. Libri Tobiæ, & Zorobabelis.

Legatio legis Æthiopiæ ad summum Pontificem, in qua multa Christiano nomini injuriosa conficta sunt, ex officina R. Hedalis Aben Sahiia hic inserta: hanc eamdem habes numero 47. plutei sequentis. Sermo in Oseam. Sequitur dialogus ethicus doctus, & sanus filii Regis, & Naziri, interprete Abrahamo bar Chasdai. Quem supra habes nº. 19. in cod. msc. charactere antiquo Hispano: omnia in hoc impressa, quantum colligi potest ex forma characterum, Constantinopoli, nam editionis nota excidit.

XXIX. *Comment. in capitula Patrum*. Tractatus Talmudicus in codice nono quarti ordinis Nezikin. Continens Apophthegmata seniorum ad mores componendos, & legis observantiam conducentia; in sex capita distinctus. Hæc omnia commentario illustrat author Judas b. Samuel Lerma: corrigendus itaque titulus exterior, qui Abarbanelem habet, cod. Hebr. in quarto impressus Venetiis anno min. supput. 313.

In pluteo eodem a parte posteriori.

XXX. Biblia Hebraïca cum Masoreth uncialibus literis elegantissime scripta in membranis. In fine: Ego Jacobus b. Joseph scriba posui hos 24. libros in gratiam R. Moysis bar Jacob Levi, anno post quinquagesimum sæculum quinquagesimo quinto die undecima mensis Nisan, Aprilis. Concedat Dominus illos in hereditatem transmittere filiis suis, & nepotibus ad finem omnium generationum. Amen. Amen semper.

XXXI. Biblia Hebr. nitidissime scripta a quodam neophyto, ut initium indicat, in folio.

XXXII. Biblia Regia Hispanica opera Ariæ Montani edita Antuerp. cum Dictionario Hebraïco-Syro-Chaldaico, & Græco. vol. 8. t. 1.

A

XXXIII. Tomus secundus.

XXXIV. Tomus tertius.

XXXV. Tomus quartus.

XXXVI. Tomus quintus.

XXXVII. Tomus sextus.

XXXVIII. Tomus septimus.

XXXIX. Tomus octavus.

XL. Codex Evangeliorum Syriacus, vide inferius.

XLI. *Arca fœderis*, MS. Hebr. charactere Hebraïco, agit de creatione mundi, & ejusdem gubernatione, ubi late de divina providentia contra Epicureos, addit plura de prophetia, & prophetarum oraculis, & exponens prima capita Genesis tractat de situ orbis, de
B iride, de planetis, auctor R. Judas b. Joseph Chorasanensis; Chorasan est regio in Perside, Sogdiana olim. Dividitur in 22. capita: opus prolixum, nec lectore omnino indignum, & quod mirum videri debet in carcere elucubratum, ut ipse author notavit in fronte ejusdem. Extant hujusce tituli duo alii tractatus; alter Simeonis b. Samuelis; alter Salomonis b. Abraham. Primus agit de Kabbala; secundus exponit ad literam variæ scripturæ loca, noster author a Bibliographis codicum Hebræorum prætermissus, citatur ab Abrahamo b. Ezra, & Judas Persa vocatur; ineditum puto.

XLII. *Liber radicum*; auctor est B. Joseph Albo Hieronymia a S. fide celebris Neophyti
C σύγχρονος, cum quo etiam subire coactus est publicam disputationem: hujus συλλογὴν habes in hoc tractatu, in quo præcipuæ fidei nostræ mysteria convellere nititur, & Judaïcam superstitionem statuere, cod. msc. sed olim impressus Venetiis, & Arimini.

XLIII. *Liber generationum Adam*, Anonymi. Argumentum operis sui author explicat his verbis. Hic liber generationum Adam consummatur verbis magnificis, quæ in mentem hominis cadere possint, & agit de creatione spiritus, de anima, de formatione corporis, & quænam sit origo, productio, & finis animæ, & corporis, & quodnam principium, & ordo dierum illius vitæ æternæ, & quænam sit œconomia proba & improba usque ad finem mortis, & quænam erit corruptio, & quomodo fiat retributio, & pœna, & mortuo-
D rum resurrectio: Tractatus prolixus, & bonus, dividitur in 4. partes, in quibus has materias versat, & digerit, codex Hebr. msc. in-quarto.

XLIV. *Scientia animæ*. Tractatus de animæ natura, operationibus, retributione, angelorum custodia eidem deputata, conclusiones suas ex Scriptura, & philosophia plerumque deducit, etsi non semel ad fabulas inepte deflectat, quod cum reliquis Rabbinis vitium illi commune est. Insignis res est, quam de Angelo Samuele cœlestis Hierarchiæ sub finem operis exhibet. Sub initium de mysteriis literarum earumque veritate, plura adducit ex libro Sezira depromta, quæ Reuchlinus edidit. Author est R. Eliazar 6. R. Juda. Idem citat R. Abraham videntem, & ejus librum de præceptis: quod notavi in gratiam Bibliogra-
E phorum Hebraïcorum. Codex msc. in-quarto.

XLV. Liber Josue, Judicum, Regum pri-

mus & secundus usque ad censum populi a Davide imperatum, reliqua interciderunt, cod. Hebr. in-quarto nitide scriptus, & optime conservatus in pergameno, satis antiquus, sed quædam folia aliena manu inserta videntur.

XLVI. *Commentarius in Ecclesiasten.* Anonymi cum ejusdem Epistola ad Henricum Regem Galliarum, ex qua tamen satis colligi videtur Authorem esse R. Abdiam Siphronæum, seu Sphornum Medicum Italum, filium Jacob Sphorni, qui sæculo superiore sub Henrico III. & IV. scripsit luculenter in Ecclesiasten, & 4. alios libellos, qui Meghilloth dicuntur, nempe Cantica Canticorum, Ruth, Esther, & Hieremiæ lamentationes, cod. msc. sed olim editus Venetiis.

XLVII. *Liber consuetudinum*, seu rituale Judæorum præcipue Germanorum, quorum cerimonias refert, & variis notis illustrat, impressus Rivæ Tridenti, in-octavo.

XLVIII. *Docens scientiam.* Commentarius in Halachot, seu constitutiones juris usu receptas. Hic est tomus secundus decisionum R. Jacob b. Ascher Germani, in quo agit de vetitis, & licitis, quæ pertinent ad cibum, & potum, ubi de jugulatione animalium, de inspectione viscerum, de idololatria, de balneis, de muliere menstruata, de vino libaminum & funerum luctu, omnia illustrantur luculento commentario R. Joseph Karo.

XLIX. *Ornamentum Davidis.* Tractatus in Articulos legis Judaïcæ: in fine adducuntur hymni recitandi in solemnitate Circumcisionis, Nuptiarum, & expiationum. Author David cognomento Vitalis b. Salomonis medicus Toletanus & poëta insignis.

L. *Fundamenta religionis.* R. Nisim F. Mosis, filii Salomonis, filii Mosis. Codex msc. in-quarto; agit de articulis legis, qua occasione multa ex Pentateucho adducit, & explanat.

LI. *Fundamentorum fidei* impress. R. Joseph Albo, hujus aliud exemplar habes msc. numero c.

LII. Liber Job, & Esdræ msc. Hebr. in-quarto.

LIII. *Difficiliores quæstiones super Rasci*, seu excerpta ex Commentario R. Salomonis Sarchi in Pentateuchum continentia varias quæstiones Biblicas, & earumdem solutiones ex mente ipsius Salomonis, codex bonus & rarus, in-folio minore, Rabinico charactere, & difficili scriptus, compilatore R. Isahak Levi.

LIV. *Generationes Isahak*, seu expositiones in Pentateuchum Isahak Karo Toletani: titulus ex authoris infortunio natus, ut ipse testatur: amissis enim filiis Hierosolymam profectus, hos commentarios scripsit, & pro filiis habuit. Excusus Riva Tridenti cum præfatione R. Jacob b. R. David Markaria. an. 318. min. supp. in-quarto.

LV. *Expositio Tropologica* in quinque parva volumina impress. in-folio an. 305. min. supputationis.

LVI. Codex Evangeliorum Syriacus: vide inferius.

LVII. Quæstiones & responsa R. Joseph Kolon Galli ab ejusdem discipulis edita. Venetiis apud Bombergium, an. 279. min. supp. subscribitur Alexander de Cari Revisor.

LVIII. Codex Evangeliorum Syriacus, vide inferius.

LIX. *Liber illuminans viam.* Concordantiæ A Hebr. sanæ scripturæ R. Mardocai Nathan, in-folio, Venetiis apud Bombergium anno 324. min. supput.

LX. *Liber bellorum Domini*, R. Levi ben Geson msc. Hebr. in-folio: agit de præcipuis articulis fidei, & Philosophiæ, & in 6. partes dividitur, quarum prima varias quæstiones exhibet circa rationalis animæ immortalitatem: secunda tractat scientiam futurorum, & artem divinatricem, in qua multa falsa, & impia congerit: tertia de scientia Dei: quarta de divina Providentia: quinta de cœlis, & eorum motu: sexta de creatione mundi. Codex optime scriptus & conservatus: aliud exemplar habes inferius in secundo pluteo nitidissime scriptum. Olim editus Rivæ Tridenti.

B LXI. *Liber Raziel magnus.* Liber scriptus ex Arabum scriptis consarcinatus, quem Hebræorum superstitio putavit Adamo ab Angelo Raziele revelatum. Dicitur hic magnus Raziel ad differentiam alterius, qui minor appellatur, & est Abulhaphia Doctor Hispanus, qui Razielem appellari se mavult typho plane Judaïco, de quo tamen inferius.

In eodem volumine excerpta ex lib. Sezira de mysteriis Zirsuph: incipit *viginti duæ sunt viæ.*

Finis primi plutei.

In primo pluteo numero XL. Codex Evangeliorum Syriacus uncialibus literis exaratus, & optime conservatus, editio recentior, C quam Thomæ Heracleensi tribuunt quidam recentiores Gregorii Barhebræi auctoritatem secuti, qui in præfatione sui thesauri sic scribit: Novum Testamentum ex Græco in Syriacum iterum conversum est in urbe Mabug in diebus Philoxeni a Thoma de Charkel. At Charkel non est Heraclea quæ semper alio modo effertur, & scribitur, sed pagus in Mesopotamia, & Gregorii testimonio testimonium ipsius Thomæ præferendum est, qui versionem sub Philoxeno adornatam, tantum emendasse se scribit, nunquam vero suæ versionis meminit. Ejusdem confessionem ex codice ipsius Thomæ manu exarato descriptam ad me misit de hac re consultissimus, idemque amicissimus Dominus Faustus Naironus.

Collatus est autem codex iste cum duobus codicibus authenticis: ac liber iste quatuor D Evangelistarum ex lingua Græca in Syriacam conversus est perexacte, & magno cum labore, primum quidem in urbe Mabug in diebus Domini mei Philoxeni Episcopi ejusdem urbis; collatus est posthac magna cum diligentia a me Thoma cum tribus codicibus Græcis probatis, & authenticis in Anton. Alexandriæ magnæ civitatis Sancti Monasterii Antonii, ubi etiam illum scripsi mihi ad utilitatem animæ meæ peccatricis, & plurimorum eorum qui diligunt, & quærunt sinceritatem, & Αὐθεντίαν illam utilem divinorum librorum scire, & servare. Scriptus est autem, & collatus in prædicto loco anno nongentesimo vigesimo-septimo Alexandri. Amanuensis nota in fine codicis: Explicit codex iste Evangeliorum in civitate Orphæ, quæ est in E Mesopotamia in Templo Angelorum Sanctorum in eadem civitate Orpha mense Decem-

bri anni millesimi sexagesimi octavi Alexandri, indictione duodecima. Est autem sanctissimi, & Dei amantis, atque venerabilis Domini mei B. Abrahami, qui præest Sancto cœtui Monasterii Sancti Jacobi, quod est in oppido Karmusc, quod est in regione Orphæ, quem codicem sibi adornavit ipse velut in spiritualem utilitatem suam, & eorum omnium, qui illum legerint. Deducta igitur Alexandri epocha ad nostrum computum, scriptus fuit hic codex anno Christi 759. in quem incidit indictio duodecima ab Amanuensi notata.

Canones Eusebianos, & lectionum tabulam sub initium exhibet, sed hæc adjecta videntur recentiori manu, nec character licet, & ipse perantiquus, ætatem codicis æquat.

Numero LVI. Sacrosancta quatuor Evangelia Syriaca Chaldaïco Stranghelo charactere descripta capitalibus literis in pergameno cum harmonia Ammonii, & Eusebii Epistola. Additæ sunt recentiori manu tabulæ lectionum ad usum Ecclesiæ Maronitarum, quibus respondent ad marginem notæ nova manu adpositæ; aliæ sunt, & ab his diversæ in corpore, ejusdem cum ipso codice antiquitatis, quæ lectionum tempus & ordinem designant; cum illis quæ in Polyglottis exhibentur, non semper conveniunt.

Nota Amanuensis. *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen; qui adjuvit servum suum peccatorem miserabilem, & imperfectum Rabulam Librarium & scripsit. Finem habuit iste codex die 6. mensis Februarii indictione quarta anno octingentesimo nonagesimo septimo Alexandri. Domine da pacem Ecclesiæ tuæ in omnibus locis. Scriptus, & completus est hic in Cœnobio Sancto Domus Domini mei Sancti Joannis in Zagba in diebus Dei amantis Sergii Presbyteri, & Abbatis:* Et paucis interjectis, *Quicumque autem legerit in isto codice oret pro Sanctis, & Dei amantibus, & bonæ memoriæ dignis Joanne Presbytero Monasterii de Larbic: & Isahuk Diacono de Hainata, qui migrarunt de hoc sæculo ad Dominum, quoniam labore eorum, & eorum opera initium habuerunt hi codices, & pro excellenti Christophoro Lugente, & Martyrio Presbytero ejusdem Monasterii, & Nobili Domino meo Damiano legisperito, de domo Protogenis, qui stetit, & curavit post eos, & in ordinem redegit, & conjunxit, contulit, & posuit eosdem codices in eodem Monasterio domus Domini mei S. Joannis in Zagba.* Inferius recentiori manu.

Post mortem Romani Presbyteri, & visitatoris Antiochiæ datus fuit hic codex Evangeliorum Ecclesiæ S. Georgii, ut sit bona memoria Presbyteris hisce Romano, & Constantino, & Sociis eorum: et si ædificabitur alia Ecclesia in urbe, hic liber Ecclesiæ quæ ædificabitur, esto.

Ad initium, & finem codicis notantur varia Legata pia, & Donationes factæ Monasterio S. Mariæ Hannubiis, in quo resident hoc tempore Patriarchæ Maronitarum, aliaque monumenta ad idem spectantia. Præ cæteris insigne est sequens, quod cum Ecclesiasticæ historiæ fragmentum sit ne periret huc transcribendum putavimus.

Anno millesimo quadringentesimo & nonagesimo Seleucidarum, (*Christi* 1179.) E die nona mensis Februarii, veni ego humilis Jeremias de oppido benedicto Damalsa ad A Monasterium sanctæ Dominæ nostræ Mariæ de Maiphuk in Valle Ailig Provinciæ Botoron ad Dominum meum Petrum Patriarcham Maronitarum & proclamatus fui ab ejus sanctis manibus Metropolita super Monasterium sanctum de Chephtun quod ædificatur ad ripam fluminis (*Adonius*); & permansi ibi quatuor annos in diebus Monachorum habitantium in Monasterio, & sunt Monachus Ezechiel, & socius ejus Isahias, &c. Et elapso quadriennio postulavit me regulus Bibli, cum Episcopis, & Ecclesiarum rectoribus, & Presbyteris, καὶ ἔδωκαν κλήρους, καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπ᾽ ἐμέ, & crearunt me Patriarcham in sancto Monasterio de Chalat: & deinde miserunt me ad Civitatem magnam Romæ, & reliqui B fratrem nostrum Episcopum Theodorum, qui Gregem regeret, & moneret. Iste Jeremias interfuit Concilio Lateranensi sub Innocentio III. ejus effigies adhuc visitur in Templo sancti Petri in Vaticano, & ejusdem Innocentii ad eundem extat diploma. Nota interim ex hoc testimonio authoritatis ineluctabilis invicte refellit fabulosa cujusdam fratris Griphonii acta, quæ in chronicis Fratrum Minorum circumferuntur, in quibus ab eodem Maronitas Christiana primum sacra suscepisse, cum summa Catholicæ ab immemorabili ævo nationis injuria, vulgatum est: hæc forsan παρὰ τῆς ὁδοῦ. Sed ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει.

Lectionum tituli antiqui variant aliquando a descriptis in tabulis, quas ad initium codi- C cis adjectas diximus supra, & utrique ab editis in Polyglottis. In his omnibus tamen cultus Sanctorum, defunctorum memoria, sacrorum hominum χειροτονία, jejuniorum, aliique Ecclesiastici ritus laudantur. Hinc præter Ecclesiasticæ traditionis αὐθεντίαν colligitur etiam Syriaci ritus antiquitas, ad cujus Canones ordo lectionum in hoc codice exigitur, nec proinde sacras Syrorum ordinationes adeo esse recentes, ut sæculo sexto, quo hic Liber descriptus legitur antiquiores non sint, sicut a nonnullis perperam existimatum est.

Ad hæc Historiam Adulteræ non habet, verba Christi *Eli, Eli lama sabaktani* in textu S. Matthæi non interpretatur, sed solum in Marco, & Luca: deest pericope ex primo cap. S. Matthæi usque ad versum 23. Antiquitas codicis raro aliam parem inveniet cum superet D millesimum. Annus in subscriptione notatus a Librario fuit Christi quingentesimus octogesimus sextus in quem ferme incidit indictio quarta ab eodem designata sub Pelagio II. Summo Pontifice, & Imperatore Mauritio.

Monuimus supra Evangelici textus distinctionem aliam placuisse Syris, & quidem a Græcis, & Latinis diversam: hæc quidem duplex est, altera per lectiones, altera per oracula, seu Sententias. Prima notatur in corpore textus; secunda ad calcem cujusque Evangelistæ explicatur adjecta epigraphe, quam in editis prætermissam hic reddo.

Finem habuit descriptio Evangelii Matthæi, qui locutus est Hebraïce in Palæstina: in eo autem sunt oracula bis mille quingenta & viginti duo.

Marci, finem habuit descriptio Evangelii prædicationis Marci, qui locutus est, & præ-

dicavit, & ſcripſit Romane in urbe Romæ: in eo ſunt oracula mille ſexcenta, & ſeptuaginta quinque.

Lucæ, finem habuit deſcriptio Evangelii prædicationis Lucæ, qui Ionice, ſeu Græce locutus eſt in magna Alexandria, ſunt autem in eo tria millia & octoginta tria oracula.

Johannis, finem habuit deſcriptio Evangelii Johannis, qui locutus eſt, & ſcripſit Ionice in Epheſo: in eo autem ſunt mille nonaginta & triginta octo oracula. Omnium Sententiarum quæ ſunt in 4. Evangelii ſumma 4224.

Quod Græcis eſt στίχος, & nobis verſus, Syris eſt phetgoma, nempe Sententia, oraculum, ſermo, vox αὐτόχθων, etſi primo aſpectu videatur τοῦ ἑλληνικοῦ κόμματος, & ἀπὸ τοῦ φθέγγεσθαι deducta eſt; nam Danielis tempore, cui vox B hæc frequens nondum Helleniſmus aliarum linguarum fines invaſerat.

Conſulto has epigraphas integras fideliter ex Syriaco retuli, ut vel hinc diſcant Cenſores quidam τὴν ἀλαζόνειαν, καὶ τὸν τύφον deponere; ſciantque non adeo novam eſſe Romanorum ſententiam, quod Matthæus Hebraïce ſcripſerit, & Marcus Latinis hominibus Latinum dederit Evangelium, ut jactare poſſint, quod nullum extat hujus rei apud veteres veſtigium præterquam apud Damaſcenum in vita Petri: habent hic in noſtro codice antiquam traditionem, cui etiam conſonant alia Syriaca exemplaria quamplurima, atque his Arabica, e quibus præter illud quod Kirſtenius laudat antiquiſſimum in vitis Evangeliſtarum, alios duo ex C Vaticano & Coptorum editio Arabica, quæ penes nos, dictis conſentiunt.

Numero LVIII. Sanctum J. C. Evangelium editionis ejuſdem cum ſuperiore Syro Sermone & charactere deſcriptum cum Canonibus Euſebianis, & ejuſdem Epiſtolæ ad Carpianum; (corrigendus interpres, qui ad marginem Lacraſinum pro Carpiano repoſuit) Literarum majeſtas, ſcripturæ vetuſtas, operis forma ſuperioris codicis ætatem æquare videntur, de qua quo minus certi aliquid decernamus, abſtulit idem, qui ultimas paginas diſtraxit ab illis verbis Chriſti, *regnum meum non eſt de hoc mundo.* Ne tamen illa periret omnino fecit uſus Orientalium omnia familiæ monumenta gravioris momenti in ſacris codicibus deſcribendi. In hoc codice ſicut in aliis ſupra recenſitis quamplurima exhibentur: unum do D ad rem noſtram.

In nomine Cauſæ omnium. Anno milleſimo quingenteſimo octavo Filii Archipresbyteri Clementis diviſerunt inter ſe menſes, quibus miniſtrare deberent Eccleſiis ſuis S.Baſilii, & S. Lucii, & fuit pars Barſumæ, December, Januarius, Junius & Julius quatuor menſes, & Salomonis, & Philippi alii octo menſes. Hinc apparet hujus codicis ætas quadringentis annis major, cum Alexandri Epocha hoc anno 1698. numeret annum a ſecundo milleſimo nonum. Sed multo vetuſtiorem codicem eſſe oſtendit, quæ ſequitur, nota. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti accidit terræmotus die .... Aprilis exeunte feria ſexta majori, & ineunte Sabbato majori: & continuit, & depoſuit maria, & ædes evertit anno E 301. ſub Imperio Althaziæ .... ſub Præſide Damaſci Saif ...... Ego Simeon Bar A Habaiſc author hujus notulæ Arabs. Arabum epocha utitur quæ deducta ad noſtrum computum hujus codicis ætatem octingentorum annorum dabit. A Præfati Archipresbyteri hæredibus ad Monaſterium S. Mariæ de Kannubin tranſlatus ad uſum Patrum Maronitarum fuit, ut liquet ex Epigraphe Arabica adjecta.

Cenſuram horum trium codicum ex Langio deſumtam habes in Prolegomenis Bibliorum Londinenſium, & in Bibliotheca Orientali Hottingeri, ſed utrobique error in ſupputatione ætatis primi codicis irrepſit, & pro anno Alexandri 1038. annus 1068. ſuppoſitus.

PLUTEUS SECUNDUS.

I. Biblia Hebræa cum ſuis expoſitoribus, quos inter R. Benjamin de quo ſic Piruſc, ſeu expoſitio literalis Divre iamim, ſeu Paralipomenon ſapientis Raco Benjamin viri Romani fauſtæ memoriæ. Eſt brevis commentarius, ſeu Verius annotationes in eumdem librum: hæc elucubratio una cum ſuo authore excidit Bibliographis Hebræorum. Apud eoſdem invenies Benjaminum Romanum filium Judæ, ejuſque meminit Bachur, cenſeturque author commentarii in Grammaticam Moſis bar Joſeph Kimki; ſed omnino alius eſt ab hoc noſtro, cum inter utrumque duo fere ſæcula interceſſerint. In fine codicis: Ego Salomon filius Doctoris Chaldai ſcripſi hæc cum ſuis expoſitoribus in gratiam honorabilis & excelſi Doctoris Benjamin, filii illuſtris Rabi Menachem, de Kornaldo & complevi hos 24. libros opera manuum mearum, punctuationem, & concordantiam, & expoſitiones Raſci Abenezræ, David Kimkhi, & Levi ben Gherſcion: memoria eorum in benedictione ſit menſe Caſleu (*Decembris*) anni quinque milleſimi centeſimi quinquageſimi ſeptimi a creatione mundi juxta computum, quem nos computamus, (Chriſti 1397.) apud Ferrariam, quæ eſt ad flumen Padum; & numerus quaternionum ad numerum hujus vocis cha ak nempe 115. Benedictus miſericors ille, qui adjuvit nos a principio huc uſque ad calcem *Aleſſandro Scipione Reveditor* 1598. Inferius. Ego F. Renatus Mutina Ordinis Capucinorum correxi 1626. Iſte Frater Renatus fuit Neophytus, qui relicta Judaïca ſuperſtitione, ſuſcepit, & unà cum Abrahamo Jaghel Hebræos codices multos, & recenſuit, & expurgavit.

II. *Liber lucis*, ſeu ſplendoris. Tractatus Cabaliſticus inchoatus a R. Simeone 5. Jochai ut ferunt Hebræi, & ab ejus diſcipulis perfectus. In eo Cabaliſticæ artis, & Rabbinicæ Theologiæ fontes aperiuntur, ex quibus infinita illa errorum colluvies profluxit Cabaliſtarum ſomniantium, quorum lucubrationes inferius indicatas ſuo ordine leges. Codex editus Cremonæ apud Vincentium Contium anno mundi 5319. Chriſti 1559. in-fol. Prodiit deinde cum aliis editionibus Cracoviæ, & alibi, ſed noſtra editio correctior.

III. *Mekor Chaiim*, fons vitæ; Autor R. Samuel Aben Sena, ſeu Samuel aben Zartza, utrumque enim nomen uſurpat. Eſt ſupercommentarius expoſitionis Abeneſræ in Pentateuchum,

chum. Locupletatur animadversionibus, seu glossariis R. * Abba; hoc est R. Abraham ben Ascher Galilæi de urbe Saphet, qui in primos libros Rabbot, seu Genesi, & Exodi scribit: item R. Samuelis aben Tybbon Granatensis, Philosophi Peripatetici, & R. Scem Tou ben Palkera, excusus Mantuæ anno 366. minoris supputationis Christi 1606. studio, & cura R. Samuelis Caziz.

IV. *Visio dura*, liber damnatæ lectionis. R. Isahak filii Mosis filii Meir impressus Sabionetæ anno Judaïco 312. minoris supputationis nostro 1552. in 4o. apud Tob Roach; agit de creatione hominis: Philosophum affectat, & Philosophiam laudat Rambam secutus, Christianis & Mahometanis æque infensus, in utrosque insurgit.

V. *Portæ lucis Harrig.* id est R. Joseph Gigatella ab Orientalibus vulgo Hammekubal, seu Kalalista dictus, scripsit hunc tractatum in quo omnia fere Judæorum Theologiæ arcana explicantur: multa hic habes de divinis attributis, de nominibus Dei, ejusdemque Sephirot. Noster codex est ms. in 4o. sed olim jam sæpe editus Mantuæ, Venetiis, Rivæ Tridentini, & alibi teste Hamezoter de Praga. Liber minime fallens lectorem, & dignus qui a Paulo Riccio Latine redderetur.

VI. *Elucidatio precum*; Multarum aliarum elucubrationum author R. Jehuda b. Moysis, b. Danielis, Philosophus, & celebris scripturarum Scholiastes, scripsit hunc commentarium in preces Judaïcas, quas in Slichot, & Bakkesciot dividit, & erudite exponit: porro cum varii sint pro varietate regionum precandi ritus, & formulæ, noster author Hispanum Machazor cyclum, seu εὐχολόγιον sequitur. Nectitur his in eodem compactum volumine volumen alterum, cui titulus:

Commentarius in Hexameron; hujus operis authorem facit Bartholoccius eumd. Schudam, sed fallitur, cum se non authorem, sed interpretem idem Schudas ad calcem commentarii clarissime fateatur. Hanc elucubrationem in indicibus Biblioth. Vaticanæ inter mss. legi, nec alibi editionis locus apparet, quare inedita merito censeri potest, quod vix dubitare possumus de altera expositione precum, quam ante attigimus, cum illa censoribus codicum Hebraïcorum Buxtorfio inquam Plantavitio, Hammester de Praga, & aliis omnibus incognita sit. Quod evidens etiam raritatis nostri codicis argumentum est, cod. ms. in-fol.

VII. *Semita vitæ.* Hujus codicis author est Joseph Karo b. Ephraïm Hispanus insignis Jurisconsultus, & Synagogæ Japhet, cum olim floreret, Archisynagogus qui audire meruit apud suos Mophet Addor, ævi miraculum, quod Nicolai Damasceni olim elogium fuit. Scripserat antea R. Jacob bar Ascer quatuor libros nempe ordinum titulo insignitos, quibus totam Judaïci ritus summam complexus fuerat: hanc eandem methodum secutus noster Joseph Karo totidem volumina edidit in idem argumentum cum scholiis, & animadversionibus in textum ejusdem R. Jacob, titulus itaque primi voluminis, Semita vitæ quem hic notamus, reliquos inferius suo loco. In hac parte prima sui operis ea omnia persequitur, quæ ad ritus sacros spectant, hæc sunt benedictiones, preces, lectiones, solemnitates A Neomeniæ, jejunia, & quæcumque alia ad Coronam legis, & Sacerdotis attinent, ut Hebræi Doctores loquuntur. Hæc omnia partim ex traditione Cheneset Haghedola Synagogæ magnæ, partim ex utraque gamara, alia denique ex Mischna, id est, summa R. Hakkadosc, & antiquis Jurisconsultis Judæis consarcinavit, pleraque superstitiosa, & sacro textui contraria. Codex impressus Venetiis in ædibus Pragadini, anno 324. min. supp. in-fol. magno, apud Joannem de Gara characteribus Bombergianis.

VIII. *Pectorale judicis.* Altera pars operis Joseph Karo volumen quartum, in quo agitur de iis omnibus, quæ ad judicia, & forum contentiosum spectant, puta de juramento, de te- B stibus, de contradictorio, de mandato procurandi, de contractibus emtionis, venditionis, & cætera; ubi plura de solemnitatibus contractuum aliisque ritibus, quæ lectori legere grave minime sit, & adducta a nostris authoribus inveniat. Codex impressus Sabionetæ an. 319. min. supput. in-fol. magno, apud Tob. Phoah.

IX. *Lapis adjutorii.* Volumen tertium Joseph Karo, titulus ex capite lib. primi Regum congruit argumento libri, in quo agitur de uxore, quæ viri adjutorium est, Gen. cap. 2. ubi de matrimoniis, de instrumento dotali, de repudio, de lege fratris defuncti sine liberis, de votis Nazareatus & cæt. Venetiis an. 202. min. supput. eodem Joseph auctore vivente.

C X. *Thorator, lex lux.* Titulus exterior corrigendus R. Joseph b. Doro David ben Jachina Lusitani: commentarius in omnes Hagiographos, nempe Psalmos, Salomonis libros, Danielem, Hezram: ex his non pauca edidit, & adnotationibus eruditis locupletavit Constantinus Lempereur ab Oppyck excusus Bononiæ. 298. min. supp. Christi an. 1538.

XI. *Commentarius in primam, & secundam partem Moysis* Bar Majemon. Codex eleganter scriptus, & rarus, sed in secunda parte desunt cap. 44. Author hujus commentarii Salomon b. Moysis b. Salomonis, Bibliographis incognitus, quod evidens indicium est raritatis. In prooemio hæc habes. Expositio quam fecit sapiens perfectus R. Moses bar Salomonis in unam & alteram partem Doctoris perplexorum Rambam, & illam descripsit Isaïas filius ejus D cum tertiam partem non potuisset perficere morte præventus. Liber Majemonidis quem hic commentator suscepit exponendum, est, ut habes ex modo dictis, celebris Doctor perplexorum qui ab Authore Arabice scriptus, Hebraïce, & Latine redditus, utriusque nationis ingenia exercuit, quorum studio, & labore in lucem prodiit, sæpissime doctis locupletatus adnotationibus, sed cum in nulla editione appareat noster commentator, ineditum suspicor. In Commentario hujus primæ partis cum authore Commentator tractat de nominibus analogis, & æquivocis, quæ recurrunt in sacris literis & præsertim apud Prophetas, locus sane perutilis. His disputationem innectit de Prophetia, de cœlo, mundo, & Angelis. Secunda pars periit exceptis quatuor primis ca- E pitulis, ubi de Deo Creatore & Motore.

XII. *Hagiographi*, codex optimæ notæ, &

antiquitatis non contemnendæ, etsi nonnulla desiderentur. Mſ. in-fol. min. in membranis.

XIII. *Expositio literalis Psalmorum* Mſ. in membranis in 4°. Anonymi charactere Rabbinico Hispano.

XIV. *Selectæ Margaritæ, liber Ethicus*, complectitur Apophthegmata ex Arabum & Græcorum libris decerpta; titulus Arabici commatis Arabem authorem indicat; hic est R. Salomon b. Ghebirol, qui hanc collectionem Arabice scripsit. Hanc deinde celebris Arabicorum librorum interpres R. Moses Aben Tybbun, sive Tabbun Granatensis Hebraïce reddidit. Impressus Cremonæ an. 318. supput. min. Christi 1558. in 4°. apud Vincentium Contium.

XV. *Fons Sapientiæ*, codex in officina Kabalistarum elaboratus, solemni deinde mendacio Archangelo Michaëli inscriptus. Hic est liber, inquit Impostor in prooemio, quem tradidit Angelus Michaël Angelo Sophieli, & Angelus Sophiel Moysi; agit de nomine Dei ineffabili Tetragrammato methodo Cabbalisticis involucris inextricabili. Liber proscriptus, & tenebris damnatus, quem nondum lucem vidisse puto. In indicibus Vaticanæ Bibliothecæ habetur alterum hujus operis exemplar. Huic nectitur in eodem volumine *Paradisus Heden* R. Joseph Pigatellæ. Sequitur *Liber fidei* R. Scem Tob Lugdunensis.

XVII. Lapis Lydius. Auctor Scem Tob B. R. Isaak, acerrimus nostræ Religionis hostis, qui præter alios libros contra Christianorum fidem elucubratos, hunc etiam scripsit, quem in aliquot tractatus partitus est, atque in hoc Judæis suis notas exhibere se jactat, quibus velut Lapide Lydio veram a falsa religione discernere queant. Huc pertinent ea, quæ de adventu Messiæ congerit ex scripturis, quod præcipuum hujus operis argumentum videtur, ut inde Christianos erroris redarguat, & Judæorum alterum Messiam exspectantium persuasionem statuat. His subjicit apologiam pro Josepho Kimchi contra quemdam Magistrum Alphonsum, quem Religionis desertorem per ludibrium vocat. Hic impugnaverat librum Belli ab eodem impio Joseph contra Religionem Christianam conscriptum; ejus itaque πρόμαχον in hoc opere se sistit: scriptor flammis adjudicandus. In fine nonnulla exciderunt.

XVIII. *Expositio literalis currus Ezechielis*, Anonymi mſ. in 4o. in eodem compactum volumine. Fons sapientiæ de quo supra no. 15. mſ. in 4o. huic nectitur in idem argumentum tractatus R. Simeonis, in quo de futura felicitate & restitutione Judæorum plura, mſ. in 4°. sed olim impressus cum sex aliis tractatibus de Kabala.

XIX. Targum Chaldaïcum cum Onkelos in Pentateuchum eleganter scriptum in membranis, exciderunt capita 22. ex Genesi.

XX. *Lumen intellectus*. Auctor R. Abraham Hispanus, qui inter Arabes versatus Arabicum cognomen Abulhafia invenit, celeberrimus Kabalista imo famosus impostor: vide dicenda inferius, ubi de ejusdem commentatione nobis sermo recurret; quod attinet ad præsentem tractatum is fuit a suis maxima cum admiratione exceptus, & elaboratis commentariis illustratus: agit de nomine Dei, quod ineffabile dicunt, consueta Kabalistarum metho-

A do, qua unice fortasse displicebit, reliquæ lectorem non male occupaverint. Mſ. alterum exemplar invenio in sæpe laudatis indicibus Bibliothecæ Vaticanæ in eodem volumine.

Liber unius. R. Ab. b. Meir Abenezræ; tractat de virtute numerorum ab uno ad decem. Subsequitur in eodem codice *Corona nominis boni*. Dividunt Hebræi totum Pentateuchum in 54. Paradcias, seu sectiones ex quibus capitula decernunt singulis anni Sabbatis legenda in Synagogis. In capitula scribit stylo oratorio, & eleganti commentaria, seu homilias noster Author Icem Tov bar Abraham b. Jehuscah, bar Icaul, bar Moscеh, bar David, bar Abraham b. Gahon. Noster cod. mſ. est, sed olim editus fuit Venetiis an. Christi 1601.

B Præmittitur Tractatus eodem titulo insignis in 10. Sephirot, seu perfectiones divinas ex penu Kabalistarum a quodam Anonymo erutus.

XXI. *Quæstiones & responsa* Nissim filii Ruben Gerundensis: codex mſ. in 4°. anno 5222. a creatione, sed olim excusus Romæ & Constantinopoli Selimo imperante.

XXII. *Lances justitiæ*, seu statera justa; liber ethicus ex Arabico in Hebraïcum sermonem conversus a celebri codicum Arabicorum interprete R. Abraham b. Chasdai. Autor Arab Abu Achmad Algazelus, de quo supra. Dividitur in 32. sectiones, argumenta Moralia tractat, & multa in laudem sapientiæ congerit, quam esse definit ultimam hominis felicitatem, paucis deinde ad fidei articulos digre-

C ditur, mſ. in pergameno.

XXIII. *Liber creationis, mas oscuro que las Soledades de Gongora*, & ob suam obscuritatem Thesaurus clausus a suis admiratoribus appellatur Auctor est R. Achibâ juxta saniorem sententiam, etsi Patriarchæ Abrahamo ab imperita Judæorum schola tribuatur. Ex libris Sezira, & Zoar, quotquot de Kabala scripserunt, quorum plurimi in hoc indice recensentur, tamquam ex turbido fonte biberunt Theologiam suam, ad quam lectores suos ducere contendit author triginta duabus semitis, quas in 22. literis Alphabeti, & in decem Sephirot constituit. Sæpius editus, & quidem in Parisiensi editione Hebraïce & Latine, opera & studio Gulielmi Postelli. Nostra editio locupletissima in qua ultra ipsum textum Sezira habes ejusdem commentatores, Harravad, R.

D Abraham b. David, Harramau hoc est R. Moysen Botril, Harramban, hoc est, R. Moysen b. Nachman, Eleazarum de Garnysa, & R. Sahadiam Hagaon cum duplici præfatione altera Harravad, altera Harramau in 4°. apud Jacobum Cohen.

XXIV. *Expositiones literales in Prophetas posteriores*. Nempe Isaïam, Jeremiam, Ezechielem, 12. minores, & in libros Job, Samuelis, & Regum. Omnes sine nomine authoris, sed expositio in Jeremiam & Ezechielem est R. Salomonis, etsi ejusdem nomen non præferat: illa in Samuelem omnino non est Rasci, sed alterius posterioris, cum idem citetur in prooemio, sub initium habes fragmentum commentarii in lib. Judicum. Liber Job ultimus est in codice, codex in 4°.

E XXV. Expositio literalis currus Ezechielis: prolixo commentario illustratur primum caput

ejusdem Prophetæ: in eodem volumine binæ dissertationes brevissimæ altera, in Isagogem Porphyrii, altera in Aristotelis Categorias, ubi de prædicamento substantiæ tantum, codex Hebr. msf. in 4°.

XXVI. *Lux populorum.* Complectitur varias conclusiones, & Theologicas, præcipue circa Dei Providentiam, adversus Epicureos, & de anima. Dividitur in 15. quæstiones, auctore R. Abdia, Sphornii, excusus Bononiæ anno a creatione 5327. Christi 1588. in eodem volumine תורה אור Lex lux, ejusdem R. David b. Sechia. Tractatus Theologicus de immortalitate animæ, & vita beata; de Paradiso Terrestri, de justorum præmio, & iniquorum pœna in sæculo futuro. Imolæ scriptus, & excusus Bononiæ an. 5298. a creatione.

XXVII. *Vexillum Amoris*, cum expositione Anonymi: titulus desumtus ex Canticis 2. 3. Putat Bartolocius esse R. Samuelis b. Helchanan de Arkavolti. In editione tamen nostri codicis, quæ Veneta est anni Judaïci 311. dicitur tantum inventus in Bibliotheca ejusdem Samuelis, sine nomine authoris, & expositoris. Libellus Ethicus de contemtu mundi stilo elaboratus. Venetiis an. 5311. in eodem volumine sine nomine auctoris & expositoris: constitutiones usu receptæ de mactatione animalium pro cibo R. Meir Rotenburgensis. Excusus Ferrariæ.

XXVIII. *Epistola animalium*, Kalonimo ex familia Kalonimon interprete, qui ex Arabico in Hebraïcum transtulit, quem ex Græco in Arabicum verterat Abu Alsapha, & ex Arabico Turcicum fecerat Amani. Liber Latinis non displicebit, qui tot nationibus placuit, si accuratum interpretem inveniat. Excusus Mantuæ, in-quarto. In prooemio operis. Scias, inquit interpres, hanc esse partem ex magno, & prolixo opere Arabico; translationem absolvisse se dicit anno 5076.

XXIX. *Basilica orantium*, hymni Hebraïci ad ritus Judaïcos spectantes cum interpretatione Italica R. Samuelis de Castro novo, quibus subjicitur supplicatio in die circumcisionis juxta ritum Judæorum Romanorum, codex Hebr. msc. in-16. sed olim excusus Venetiis. In fine fragmentum scutellæ argenteæ R. Samuelis.

XXX. *Ordo precum*, seu Εὐχολόγιον Hispanum Venetiis anno 5306. in-16.

XXXI. *Quæsita & responsa legalia* R. Meir ben Baruch. cod. Hebr. excusus Venet. an. 316. min. supp. & alibi inter Commentarios Rav Alphes opera, & studio R. Mordacai: ex his, inquit titulus, decerptæ sunt magna ex parte, Animadversiones in libros 14. Hajiad R. Moysis Ægyptii quas R. Meir Hacohen tribuit auctor Juchaiin.

XXXII. *Liber candidus*, seu illustris, & splendidus, hoc titulo nequaquam indignus. In quo plurima mysteria de adventu Messiæ, aliisque Christianæ veritatis articulis explanantur; Auctor R. Nechonia b. Hakkanna celebris inter Hebræos doctor. Hunc floruisse nonnulli ferunt ante Christi adventum, alii tamen eidem superstitem faciunt, & Apostolo Paulo σύγχρονον. Ineditus, ex quo tamen plura a Kabalistis citata, ac pervulgata reperies, cod. msc. cum præfatione R. Eliezer b. Orkanos, cod. Hebr. in papyro, in-quarto.

XXXIII. *Tabernaculum refugii*, Lexicon. Synonymorum R. Salomonis b. Abraham b. Samuelis de Urbino. Excusum Venetiis anno 5308.

XXXIV. Tractatus de festis Judæorum cum tabulis Tekuphot, & Hibbur Anonymi. In eodem volumine Gemmæ electissimæ de quo supra... msc. in-quarto, caret principio, & fine.

XXXV. *Epistolæ familiares* variorum. Insignis est Epistola R. Israëlis Hierosolymitani ad Abrahamum Perosa, & ad eumdem altera Raphaëlis ex eadem urbe, msc. in-quarto.

XXXVI. *Obligatio cordium* Authore R. Bechai Haddaian. Judæus Arabs Arabice scripsit, ex Arabico R. Judas b. Saül Aben Tybbon Granatensis hanc Hebraïcam editionem adornavit. Liber Theologicus, in eo insignis locus de præstantia animæ rationalis, & alter de mundi contemtione & amore Dei, cod. Hebr. impressus Cremonæ an. 5316.

XXXVII. *Liber lucis.* Tractatus Kabalisticus Anonymi nunquam excusus, inquit Plantavitius, cod. msc. in pergameno, in-quarto.

XXXVIII. *Liber splendoris*, est pars secunda operis Raïsbi, vide supra. Sequitur, *Liber mysterii*, tract. Kabalisticus.

XXXIX. *Fons hortorum* in 5. canales effusus. Quinquaginta Epistolæ familiares, quarum viginti quinque habent adnexas responsiones; liber Philologis scriptus eleganti, & elaborato stylo a R. Samuele Arkavolti. Cod. Hebr. impressus Venet. anno 313. Christi 1553. in-octavo. In eodem volumine *Usus psalmorum* verius abusus psalmorum; libellus ab ipsis Judæis damnatus ad profanos, & superstitiosos usus, verbo Dei abutens, ex quo nonnulla Curatus quidam in Gallia edidit in suo tract. de Geomantia, & cæt. Sequitur *Testamentum Judæ Hechasid*, continet varia præcepta circa sepulturam defunctorum aliasque legis observantias, libellus brevis, & ineptus. Refert fabulam de Angelo percussore levante gladium in aqua *prostante in domo mortui.* Ad hæc *volumen Epistolarum* inventum in manu cujusdam Hispani, inquit Titulus, in eo paradigmata Epistolarum exponuntur ad usum juvenum discentium & sunt numero 112. de quovis argumento. Huic nectitur commentarius brevis de constructione carminis Hebraïci; ad hæc exordia, & prooemia, quibus uti liceat scribenti ad viros cujusvis gradus, & dignitatis, & alia usurpanda occasione festorum currentium. Cod. imp. Venet. cum præfatione R. Scelomo filii Samuelis. Sequuntur *arcanum captivitatis, expositio literalis*, Libri R. ut R. Isahak Hacohen F. Joseph. Item. *Liber gestorum* in quo ad confirmanda varia Ethica dictata afferuntur plura exempla ex penuario Hebræorum depromta Ferrariæ an. 312. In eodem *iter viarum scientiæ.* Grammatica Moysis Kimchi F. Joseph, & fratris D. Kimchi cum scholiis Eliæ Levitæ Germani, cod. msc. sed olim editus Romæ, & cum versione Latina Basileæ a Munstero.

XL. Decerpta ex Talmud, cod. Hebr. in-octavo msc.

XLI. *Liber lucis*, titulus exterior corrigendus. Tractatus Kabalisticus de nominibus Dei, vide supra numero XXXVII. scriptus an. 5086. a creatione. In eodem volumine ex-

positio literalis currus; commentarius in primum caput Ezechielis cum paraphrasi Chaldæa Jonathan b. Uzielis. Sequitur *Janua mysteriorum* expositio Kabalistica super psal. 19. R. Theodori Levitæ, msc. Habes aliud exemplar in Biblioth. Vaticana. Item *Porta justitiæ*, Tractatus de usu matrimonii; & alter de mysteriis Kabalæ, & aliæ quæstiones de spiritibus, de oratione, de embolismo, de pœnitentia, de oblatione, de vestibus sacerdotalibus, cod. Hebr. msc. in-quarto. Absolvi hæc omnia, inquit Amanuensis, cujus nomen de industria deletum est, mense Thebet anno 381. min. supp. a creatione.

XLII. Codex Hebr. in quo continentur varii tractatus alia, atque alia manu exarati, atque in unum volumen compacti, primus *Porta Cœli*, fragmentum R. Abraham Abenesræ de aquis, quæ super coelos sunt, de Angelis, & eorum substantia, & immaterialitate, de materia coelorum, eorumque incorruptibilitate, brevissime, & per lemmata, sequitur tractatus prolixus, in 11. capita distinctus sine titulo, sed apparet ex contextu quod sit *fundamentum legis*, tractatus insignis, & doctus ejusdem, ad quem spectare potest præcedens fragmentum; in hoc ex professo de Masoræ & Gamaræ authoribus, aliisque argumentis ad legem spectantibus. Ad marginem habes doctas adnotationes anonymi, ex quibus, tum etiam ex ipso contextu, ostenditur authorem hunc tractatum scripsisse in Anglia.

Fundamentum Arithmeticæ, in quo explanantur hujus scientiæ principia, in quinque gradus dividitur tractatus brevis ejusdem Abenesræ.

Quæstiones propositæ ipsi a quodam David b. Joseph Narbonensi, quarum solutionem rescribit hic idem Abenesra.

Ænigmata, & parabolæ ejusdem, item fragmentum in titulum Proverbiorum Salomonis, & ejusdem libri Synopsis.

Commentaria in Allegorias Abenesra, seu in expositionem Allegoricam ejusdem in aliquas parascias, seu sectiones Pentateuchi, ad hæc:

Comment. in libr. Abenesræ de arcano formæ literarum, tractatus plane Kabalisticus, de quo hæc in titulo Amanuensis nota. Inveni hoc supra in parte 3. ex scriptura illius sapientis Eliezer de Norcia. Hic est commentarius Sefer Tomunat illius sapientis Abenesræ; ex quibus an hic commentarius adjudicandus sit ipsi Eliezer, lectori judicium esto. Item:

Tractatus de nomine glorioso, & terribili illius sapientis Abebesteir Hispani ad Isahak ben Juda principem, & ad Abraham ben Chaiim.

XLIII. *Expositio in parascias Legis*, seu Pentateuchi, sunt autem Parasciæ, seu sectiones Pentateuchi 54.

XLIV. Gemmæ electissimæ, lapis Lydius, obligatio cordium, omnia in unum compacta volumen: vide singula suis locis, ad hæc *Epistola probationis*, seu examinationis sæculi R. Ab Abonith. Agit de vanitate sæculi. Excusa Venet. an. 306. Ibidem, & eodem anno reliqua impressa sunt, sed obligatio cordium anno 308.

XLV. Expositio in librum Job, cui nectitur fragmentum in primum caput Geneseos. Sequitur Epistola Didascalica Ethica R. Judæ b. Sciaul Aben Tabbun ad filium suum Samuelem de Oeconomia, msc. Hebr. in-quarto. Hujus Samuelis libellum de unitate Dei, & alium de resurrectione mortuorum ex Arabico Majemonidis in Hebraïcum conversum habes in pluteo primo.

XLVI. *Carmina de regimine corporis, & animæ.* R. Scem Thou bar Joseph b. Palkeræ libellus Ethicus, & Medicus, in quo aliam Epistolam Didascalicam scripsisse se dicit, quæ fuit impressa Pragæ: cur hæc in eadem editione prætermissa fuerit nescio, nec alibi editam scio. Epistola supradicta de regimine corporis, & animæ in 16. cap. dividitur, in quibus præscribit regulas tuendæ valetudinis.

In eodem volumine carmen de spiritu Aben Esræ, in quo sapientem alioquin auctorem plane desipuisse videtur. Ut enim olim Lucianus Lucernarum in cœlo nocturna comitia, & conversationes finxit; sic iste animarum, quæ nocturno tempore cælum conscendentes, hominum actiones Angelis referant. Hic tamen a suis Judæis Chacam, hoc est, κατ᾽ ἐξοχὴν Sapiens, appellatur. Sanior Libellus, qui sequitur in eodem volumine:

Lauda anima mea, R. Bechai b. R. Joseph. Colloquium inter autorem, & animam suam, in quo proposita severitate divini judicii eamdem ad meliorem frugem adducit. In eodem volumine.

Scutella argentea R. Joseph Hazovi poëtæ insignis Hispani, carmen egregium, in quo docet filium suum nuper uxoratum domui suæ bene præesse, & suorum domesticorum curam habere: continet 113. versus metricos ad numerum Siclorum, quos ponderasse docet Liber numer. cap. 7. vers. 13. Scutellam argenteam a Nachason oblatam.

XLVII. *Epistola viarum mundi*, seu sæculi, Liber Geographiæ universalis ex nostris Autoribus collectus a R. Abraham b. Mordachaï Avenionensi cognomento Perysul. Ab his tamen non semel deflectit, & in fabulas dilabitur quas ex itinerario R. Benjamin hausit. Insignis est illa de regno Israëlitarum in partibus interioribus Africæ, & flumine Sabbathio, & ut ipse scribit Sambathio, & de politia 10. Tribuum, quas Salmanasar Rex Assyriorum in captivitatem duxit, & ut ipse ait Alexander Magnus intra portas Caspias altissimo muro conclusit. Cod. manuscrip. sed olim editus Ferrariæ.

XLVIII. Pars altera Libri Zohar cum adnotationibus Latinis, usque ad finem totius operis. Sequitur Liber Cosri tractatus ingsinis; Arabice primum scriptus fuit ab Isahaco Alsangiari (perperam alii Almangari,) Sangiar autem Urbs celeberrima in Mesopotamia & ab Ulug Beigo in tabulis Geographicis in eadem Regione collocatur in latitudine gradus 36. & longitudine gradus 76. deinde Hebraïce redditus est a celebri Arabicorum operum traductore R. Juda Aben Tabbun. Dialogus doctus inter Regem Cozri, & Judæum, qui Chaver, hoc est sapiens, dicitur, & Regi Cozri Judaïcæ religionis articulos suadere nititur, ac tandem persuadet. Editus fuit a Jo. Buxtorfio filio cum notis, quas illi ministrarunt variorum in eumdem dialogum scholia. Nota interim nomen Chozri non Persarum

ſarum Regem indicare, ut idem Buxtorfius credidit, & alii ejus autoritate ducti, ſed quorumdam Tartarorum, quorum regio Geographis Arabum dicitur Chozr, aut Chozar, ejuſque regionis incolæ Ghozr, aut Ghozari: de quibus agit autor libri, *Elenchi mirabilium Albupheda* Apamea Princeps, & in ſuo Canone Abu Richan Albaïruti, non Albiruni, ut male Bravius in præfat. ad lectorem in binas Tabulas Geographicas, unius puncti defectu allucinatus. Birun enim portentum eſt, non nomen. Bairus vero eſt Urbs Phoeniciæ Maritimæ, quæ antiquis Beritus celebre emporium, & ſapientum tum Græcorum, tum Arabum Licæum. In Tabulis Perſicis Noſair Altuſæi legitur *Belengiar* eſt ſedes Regis Chozr in latitudine gr.46. 30. longitudine gr. 85. 20.

XLIX. *Conciones, ſeu Homiliæ in Pentateuchum* anonymi: cod. Hebr. manuſcrip. in-quarto.

L. *Viſio dura* R. Iſahac Arama, cod. Hebraïcus impreſ. Sabionetæ an. 5312. vide ſupra.

LI. *Expoſitio literalis in Eccleſiaſten.* Commentarius prolixus anonymi. Huic nectuntur diſſertationes duæ *de intellectu agente, & paſſibili,* cujus aliud exemplar extat in Biblioth. Vaticana.

LII. *Ordo precum,* ſeu, *Εὐχολόγιον & ἀνθολόγιον* Hiſpanum, in quo impia quædam contra Chriſtianam Religionem in Officio diei Purim. Sequuntur in eodem vol. capitula Patrum; de his vide ſupra cod. Hebr. manuſcrip.

LIII. Altera pars Libri Zohar, cui nectitur liber candidus, de quibus ſupra. Item:

Tractatus de punctis anonymi opus inextricabile, & irremeabilis error. Syrus auctor tractans hoc idem argumentum nuncupavit Librum hunc, *Rete punctorum* profecto adeo prolixus, adeo irregularis, & varius eſt totus iſte apparatus punctuationis Orientalium, Hebræorum inquam, & Syrorum, ut rete quoddam merito dici poſſit ad laqueum, & torturam diſcentium excogitatum.

LIV. Synopſis Legum Imperatorum Sinenſium, cod. impreſſus Sinicus.

PLUTEUS TERTIUS.

I. *Pentateuchus*, cum Commentario Raſci & cum Paraphraſi Chaldæa uſque ad cap. XII. Numer. Item, *Liber quinque voluminum* cum Commentariis: deſcriptus manu Salomonis b. R. Chaſdan. Cod. Hebr. manuſcrip. vetuſtiſſimus, & nitide ſcriptus in fol. magno.

II. *Pentateuchus* cum Paraphraſi Chaldæa, & Comment. Raſci, & Moyſis b. Nachman Gerundenſis, & ſcholiis R. Iſahak Abuhab. Adhæc:

Quinque parva volumina cum Comm. Raſci apud Bombergum, & Haphtarot. ann. 5308. Venet. in folio.

III. *Pentateuchus* ſcriptus charactere Teutonico cum paraphraſi Chaldæa, & Comment. R. Salomonis Jarchhi; cum variis Lectionibus utriuſque ſcholæ ben Aſcher, ac ben Nephtali & cum Haphtaroth, & Meghillot. In fine Amanuenſis notat: ſcripta ſunt hæc ab Iſahak b. Menachem Hanikdam qui & puncta adjecit die 24. menſis Adar, hoc eſt Martii, anni a creatione 4051. in gratiam R. Matthiæ Garaſi. Cod. Hebr. manuſcript. in folio pap. majori. Utinam ille tantam ſaperet antiquitatem quantam oſtentat iſta ſuſcriptio, cujus ſola authoritas antiquam de vetuſtate punctorum Hebraïcorum litem magna ex parte componeret; quapropter in annorum nota ſuſpicor mendum, & pro quinto quartum ſubrepſiſſe, aut de induſtria ſubſtitutum ad augendum codici pretium, cujus doli non leve etiam indicium eſt in eadem ſubſcriptione litura. Suſpicor, inquam, loquendo de ipſo textu ſcripturæ, nam quantum ad Commentarium Raſci repugnat evidentiſſime ætas ejuſdem, qui ſæculo duodecimo ab Incarnatione vivere cœpit natus anno 1105.

IV. *Deuteronomium Haphtharot*, & *Meghillot.* Cod. Heb. pervetuſtus, cui recentiori manu adjecta videntur puncta. In Membr. in-quarto.

V. *Tractatus Medicus* R. Juda, qui & Dominus Leo apud ſuos audit. Cod. Hebr. manuſcrip. in-quarto, in pap.

VI. *Expoſitio Literalis*, & *moralis*, in Pentateuchum: opus inſigne R. Levi b. Gherſciom, ſæpe editum Piſauri, deinde Venetiis. Noſter codex manuſcrip. in membranis antiquiſſimus, & ipſo Gherſcionide vivente exaratus; ut patet ex nota Amanuenſis: complevi, inquit, hunc codicem die 23. Sciabat h. e. Februarii anni 98. milleſimi ſexti. Abſolvit autem hunc commentarium idem Gherſonides anno 5090. qui fuit Chriſti 1330. ut docet auctor Suchaſſin: ex quo licet plurimam laudem conſecutus ſit, pleriſque tamen ſuſpicionem fecit de ſe proditæ religionis, quaſi fidei doctrinam Philoſophorum authoritati poſthabuiſſet. Ex hoc manuſcrip. & ex altero ſupra recenſito multi errores corrigi poſſent, qui in editis irrepſere.

VII. Codex Latinus in quo continentur 1°. Epiſtola R. Samuelis Marochliani de adventu Meſſiæ contra Judæos ad R. Iſahak Archiſynagogum in eodem regno. Ex Arabico in Latinum vertit Alphonſus Bonhomius Hiſpanus, Ord. Prædic. & Hugoni Magiſtro Generali ſui Ordinis inſcripſit: Incipit, *Conſervet te Deus frater.* Olim edita etiam Italice in eodem vol. Nicolai Lyrani adverſus Judæos diſputatio de Chriſti adventu: Incipit, *Quæritur utrum per ſcripturas a Judæis receptas, &c.*

Evangelii defenſio adverſus blaſphemias cujuſdam Judæi, ejuſdem Lyrani: Incipit illis verbis Apoſtoli *potens ſit exhortari.* Exarata Veronæ anno 1428. a quodam fratre Michaële de Provincia Coloniæ.

De reſtitutione rerum ablatarum: Scoti.

De Baptiſmo tractatus Franciſci de Maytonis, & ſic conſtanter ſcribit, non Maronis, ut alii, cujus ſunt etiam ſermones:

1. Super *Miſſus eſt*; Incipit: *quia inſtante devotiſſimo tempore Adventus.*

2. De Articulis fidei.... *Optandum eſt.*

3. De S. Agatha. *Verba iſta ad literam dixit Angelus Raphaël Tobiæ.*

4. De Gratia. *Quia in divinis Sermonibus.*

5. In Feſto Corporis Chriſti. *Tria ſunt præconia*: ad hæc Landulphi, & non Ludolphi, ut alii volunt, Saxonis Carthuſiani ſequentes Sermones.

1. In Cant. *Magnificat.. hoc eſt Canticum*: In idem alius Sermo anonimi. 2. de Mortuis.

3. in Feſto Conceptionis, ſeu Sanctificationis V. M.

4. In ſecunda Dominica Adventus.

5. In tertia Dominica Adventus.

6. De tentatione Christi.

7. Omnia sunt manu exarata anno fortasse supra notato, partim in membranis, partim in papyro. Cod. in 4°.

VIII. *Expositio totius scripturæ*, codex Hebr. R. Salomoni Jarchi inscriptus: continet autem commentaria in omnes Prophetas priores, hoc est Pentateuchum, Josue, Judicum, Samuëlis, & Regum Libros. In Hagiographos, hoc est; Job, Ruth, Psalmos, Prover- & Cantica Cant. Threnos, Daniel, Esther, Esram, & Ecclæsiastem. Desunt reliqui in Nehemiam, & in lib. Chronicorum, qui ad classem pertinent; præterea omnes Prophetas posteriores, hoc est, Isaïam, Jeremiam & Esechielem 12. Minores. Sed nota primum expositionem in 12. Minores non esse Rasci, sed Joseph Karo, qui in titulo nominatur: item Commentarium in Danielem esse Sahadiæ cujus nomen etiam præfert: rursus Comment. in Isaïam, & reliquos Proph. Minores non esse Rasci. Contuli cum aliis exemplaribus; est omnino diversus; sicut etiam alter in Ecclesiasten, & Esther. Omnia manu exarata nitide, & eleganter in membranis: in aliquibus tamen paginis, ob nimiam vetustatem fugiente jam atramento, multa vix legi possunt: nota excidit ætatis, cod. in-fol. optimæ notæ.

IX. Responsa Nissim Gerundensis, cod. Heb. impressus Romæ anno 5305. in 4°.

X. Pentateuchus cum paraphrasi Chaldæa, Masora parva, Meghillot, & Haphtharot cum Scholiis anonymi, codex elegantissime exaratus in membranis, & vetustissimus omnium quotquot huc usque recensui. Scriptus enim fuit ante annum 238. ex quarto millesimo qui fuit Christi 498. in civitate Alexandria ut colligitur ex nota temporis cujusdam contractus appositi in ultima pagina. Textus scripturæ notatur punctis, & accentibus, qui vetustatem codicis æquare videntur.

XI. *Commentarius Rasci* in lib. Josue, Judicum, Samuelis, & Regum, & in Prophetas omnes posteriores, excidit ultimum caput Malachiæ. Cætera nitide scripta in membranis, in-folio parvo; sed aliqui versus ex nimia vetustate deleti omnino legi non possunt. Omnia in lucem prodiere Hebraïce, & aliqua etiam in Latinum conversa sunt.


XII. *Doctor Perplexorum* Rambam, inextricabili charactere exaratus in membranis, Hebraïcus ex versione R. Samuelis B. Thabbun cum ejusd. Commentario in voces exoticas ab eod. Rambam in hoc opere adhibitas. Codex antiquus in pergameno, & bonæ notæ, qui ut ipse deprehendi in multis, ab exemplaribus jam editis dissentit.

XIII. Pentateuchus, Meghillot, & Haphtharot cum notis, & Scholiis collectis ad verbum ex Radack Rabah Razi, Rambam & aliis. Venetiis ann. 1307.

XIV. *Pentateuchus* cum paraphrasi Chaldæa, codex Hebr. pereleganter exaratus in membr. in 8°.

XV. *Doctor perplexorum* Rambam, cum Commentario Ephodæi, & R. Scem Tov. excusus Sabionetæ ann. 5313.

XVI. Glossa R. Jacob Bahal Haturim in Scripturam, impres. Venetiis 5304. in eodem volumine.



Incessus sæculi R. Josua Levi. Ad hæc:

A *Aditus doctrinæ* R. Samuelis Hanaghid, impres. Venetiis ann. 303. minoris supputationis.

PLUTEUS QUARTUS.

AUTHORES GRÆCI.

I. Ms. membr. antiq. Actus Apostolorum cum Scholiis antiquis.

Epistolæ Catholicæ Apostolorum cum argumentis, & Scholiis antiquis.

Epistolæ B. Pauli cum Scholiis antiquis, desunt nonnulla in fine. Codex X. sæculo scriptus est.

II. Membr. antiq. D. Basilii expositio in Isaïam Prophetam in medio, & in fine nova manu suppleta.

B III. Membr. Athenagoræ Atheniensis Philosophi Christiani liber de Resurrectione.

Stephani Byzantini de urbibus, & populis per ordinem alphabeti digestis. Codex hic scriptus est Venetiis sumtibus Magnanimi Laurentii de Medicis anno a Nativitate Domini 1492. Martii 31. manu Joannis Rhosi, Presbyteri Cretensis.

IV. Membr. antiq. Sermones, sive Homiliæ variorum SS. PP. in aliquot Festa Sanctorum mensis Septembris, Novembris, Decembris, Januarii, Februarii, & Martii Videlicet:

Septembris.

Andreæ Archiepiscopi Cretensis encomium in Nativitatem Supersanctæ Deiparæ.

C Joannis Monachi Damasceni Sermo in Nativitatem Supersanctæ Deiparæ.

Andreæ Archiepiscopi Hierosolymitani in semper venerabilem Nativitatem Sanctissimæ Deiparæ.

Ejusdem Sermo in eamdem ostendens eam ex semine David descendere.

Ejusdem Sermo in natalem diem Immaculatissimæ D. N. Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, & demonstratio ex sacra historia diversisque authoritatibus, quod ex semine David descendit.

Sophronii Archiepiscopi Hierosolymitani Sermo de Exaltatione venerabilis Crucis, & sancta Resurrectione.

Pantoleonis Presbyteri Monasterii Constantinopolitanorum Sermo in eamdem.

Encomium venerabilis Crucis margini ad-D scriptum est Chrysostomi.

Sermo in venerabilem Crucem, atque vivificam.

Vita, & Gesta, & Martyrium Sanctæ Matris nostræ Sosannæ.

Laudatio Conceptionis S. Præcursoris & Baptistæ Joannis.

Novembris.

Pantaleonis Diaconi magnæ Dei Ecclesiæ enarratio præstantissimorum Miraculorum S. Michaëlis Archangeli.

S. Patris nostri Theodori Studitæ Testamentum.

Naucratis ad persecutionem patientes propter Christum, & qui ubique in dispersione sunt spiritualibus Fratribus, atque Patribus.

E S. P. N. Archiepiscopi Constantinopolitani Chrysostomi encomium in magnum martyrem Romanum.

S. P. N. Joannis Chrysostomi encomium S. Martyris Barlaam.

S. P. N. Germani Archiepiscopi Constantinopolitani in ingressum, sive Præsentationem Sanctissimæ Virginis Deiparæ.

S. P. N. Procli Archiep. Constantinopolitani encomium Sanctissimæ Deiparæ Mariæ, quod legitur in quavis ejus Festivitate.

Georgii Metropolitæ Nicomediensis Sermo de ingressu, sive Præsentatione Sanctissimæ Deiparæ.

Decembris.

Vita S. P. N. Joannis Damasceni conscripta a Joanne Patriarcha Hierosolymitano.

Georgii Metropolitani Nicomediensis Sermo de Conceptione Sanctissimæ Deiparæ.

S. P. N. Joannis Archiepiscopi Constantinopolitani Chrysostomi Sermo de fugiendis spectaculis, & de Abrahamo: legitur in Dominica Sanctorum.

Danielis Prophetæ visiones.

Joannis Archiepiscopi Constantinopolitani Chrysostomi de Beato Philogonio, qui de Causidico Episcopus factus est.

Athanasii Archiepiscopi Alexandriæ Sermo de descriptione, & de S. Virgine & Deipara Maria, & de Joseph.

Sermo in Nativitatem Domini Jesu Christi.

In eamdem Sermo, forte Chrysostomi, ut adnotatum est alia manu.

S. Gregorii Nyssæ encomium S. Protomartyris Stephani.

Ejusdem in Natalem Domini & in infantes in Bethlehem ab Herode interfectos.

Januarii.

Amphilochii Episcopi Iconii in vitam, & miracula S. P. N. Basilii, Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ.

Sermo in octava diei Circumcisionis D. N. J. C. & laus brevis in Basilium Magnum.

Vita, & Gesta S. P. N. Sylvestri, qui fuit Episcopus Romæ.

Gregorii Episcopi Neocæsareæ Thaumaturgi Sermo in Theophania.

S. P. N. Joannis Archiep. Constantinopolitani Chrysostomi Sermo in S. Theophania.

Vita & miracula Sanctæ Matris nostræ Dominicæ.

Martyrium S. Martyris Tatianæ.

Februarii.

Joannis Chrysostomi in Hypapanten, seu Præsentationem Servatoris & Deiparæ, & in laudem Simeonis.

Cyrilli Hierosolymitani in eamdem.

S. P. N. Joannis Chrysostomi Encomium S. Meletii Episcopi Antiochiæ.

Sermo comprehendens primam, & secundam, & tertiam venerabilis capitis Præcursoris Inventionem.

Martii.

Vita compendiosa, & Encomium S. Theophanis Sygrianensis.

Vita S. Alexii Viri Dei.

Martyrium S. Hieromartyris Basilii Presbyteri Ecclesiæ Ancyranæ.

S. Gregorii Archiepiscopi Neocæsariensis Encomium in Annunciatione Sanctissimæ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ.

Expositio Actuum Apostolorum prævio argumento, & textu, forte Theophylacti.

VI. In pap. antiq. Enarratio brevis, paraphrasis specie, in Epistolas Pauli composita a Theophylacto Archiep. Bulgariæ.

VII. Membr antiq. Anastasii responsiones e Sacra Scriptura & SS. Patribus excerptæ ad interrogationem quorumdam Orthodoxorum. Prima quod est signum perfecti Christiani, ultima cujus figuram & imaginem repræsentet Ecclesia Catholica. Duæ priores paginæ nova manu suppletæ sunt.

Dialogus SS. Basilii & Gregorii Theologi.

Theodori quædam ex libro de S. Trinitate.

De Apparitione Domini ex Apostolicis constitutionibus, Eusebii ex Chronicis. B

Jo. Damasceni de Macedonibus ex Ecclesiastica traditione.

Epiphanii de LXXII. Prophetis & X. Prophetissis.

Ejusdem de XVI. quomodo & ubi mortui sunt. Post Hieremiam succedunt, quæ dicuntur Paralipomena Hieremiæ Prophetæ, & in fine de Elia Propheta Thesbite.

De Christianis Imperatoribus XLVII. indidiculus a Constantino Magno ad Alexandrum.

VII. In membr. Anastasii Responsiones pleniori Patrum authoritate demonstratæ ad interrogationes Ortodoxorum quorumdam de diversis capitibus. In hoc codice ultima est, quid significent illa quatuor animalia, quæ dicit Daniel de mari ascendentia, videtur deesse finis. C

VIII. Ant. & optim. membr. S. P. N. Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ moralia, seu Homil. 43. quibus adjicitur Epistola ad Gregorium Theologum; post Homiliam ad juvenes, quomodo ex Græcis libris utilitatem capere possint pag. 369. leguntur hæc alia manu exarata, Josephi Hieronomachi Supersanctæ Deiparæ cognomento Evergetidis, seu Benefactricis, Peccatoris, & Coprocanthari.

Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Bustæ & Mardarii, quod festum celebratur die XIII. Decembris juxta Genebrardum in Calendario Græcorum, deest finis.

IX. Membr. ant. & opt. S. Basilii Homiliæ, & Epistolæ quædam cum prævio indice.

D X. Memb. antiq. Ecloga & Synopsis Basilicorum LX. librorum cum allegationibus secundum literarum elementa, cum Scholiis quibusdam: præmissus est index totius operis.

XI. Pap. Andocidis oratio de Mysteriis, ejusdem de suo ipsius reditu, de pace cum Lacedæmoniis adversus Alcibiadem.

Isaci vita, & orationes XI. quarum prima de Cleonymi hereditate.

Dinarchi contra Demosthenem.

Ejusdem contra Philoclem.

Antiphontis vita & orationes, quarum prima de veneficio contra novercam.

Lycurgi adversus Leocratem.

Gorgiæ Encomium Helenæ, & Apologia pro Palamede.

Alcidamantis Ulysses contra Palamedem.

E Lesbonactis de bello Corinthiaco.

Ejusdem oratio exhortatoria.

XII. Mſ. pap. S. Athanaſii Confeſſio Catholicæ fidei quam dedit ad Julium Papam Romæ, & alia.

Hymnus te Deum laudamus, Græce.

Expoſitio trecentorum decem & octo Sanctorum PP. divino ſpiritu congregatorum contra Paulum. Samoſatenum. S. Athanaſii Epiſcopi Alexandrini interpretatio in ſymbolum, ejuſdem expoſitio fidei cum fragmento quodam Anonymi.

Definitio Sanctæ, & Oecumenicæ Conſtantinopolitanæ ſextæ Synodi.

Aliæ quædam expoſitiones fidei ex primis Græcis Synodis.

Juliani Cardinalis Angeli ſuper quæſtione utrum licuerit aut liceat addere in ſymbolo vera, nec ne, ex interpretatione Nicolai Græcorum interpretis.

Sequuntur alia ex actis Concilii Florentini.

S. Thomæ Aquinatis ſolutio ſermonum fidei adverſus Cantorem Antiochenum.

Leontii Scholaſtici Byzantini ſcholia ab ore Theodori amiciſſimi Abbatis, & ſapientiſſimi Philoſophi, tum in divina, tum in ſæculari Philoſophia.

De Sectis Hæreticorum ac Synodo Chalced. in X. actiones diſtincta. Excerpta ab Epiſtolis Sancti Baſilii cap. XXII.

Sanctiſſimi Patriachæ Conſtantinopolitani Joannis Becci inſcriptiones ab ipſo collectæ de proceſſu Spiritus Sancti, & Gregorii Theſſalonicenſis Palamæ contrariæ ſcriptiones, & contradictiones, Beſſarioniſque Nicæni adverſus Palamæ contradictiones.

Collectio mirabilis variarum ſententiarum SS. PP. ad probandum Spiritum ex Filio eſſe. cap. XV.

Epiſtola Joan. humilis ad a Deo honoratum, & divino ornatum zelo Jordanem Archimandritam de hymno triſagio, ad margine manu Ludovici Beccatelli adnotatum eam eſſe Damaſceni.

S. P. N. Joannis Damaſceni dialogus inter Manichæum, & Orthodoxum de duobus rerum principiis.

S. P. N. Baſilii Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ ſermo de fide, cui ſubjiciuntur quædam alia de baptiſmo.

S. P. N. Athanaſii Epiſcopi Alexandrini Epiſtolæ tres de Spiritu Sancto ad Serapionem Epiſcopum.

S. Cyrilli Alexandrini ad Hieremiam de conſubſtantialitate Trinitatis. In fronte hujus codicis legitur: Ludovicus Beccatellus Bononienſis, Archiepiſcopus Raguſinus, & Præpoſitus Pratenſis, Medic. Bibliothecæ dicavit. M. D. LXIX.

XIII. Membr. Baſilii minimi Cæſareæ Cappadociæ ad Chriſti amicum D. Conſtantinum cum Georgii Marceſii & aliorum expoſitione in S. Gregorii Nazianzeni orationes in Natalem Domini, in funere S. Baſilii Magni, in ſancta lumina, finis deeſt.

Hiſtoriæ fabulares, primæ initium deſideratur, liber definit in titulo vigeſimæ tertiæ.

XIV. Memb. D. Baſilii Epiſtolæ quarum priores ſex, & initium ſeptimæ deſiderantur.

D. Gregorii Nazianzeni Epiſtolæ 277. initium deeſt, & finis.

XV. Memb. Baſilii & Gregorii Theologi ſelectio ſcripturalium quæſtionum, & ſolutio-
A num e diverſis voluminibus ab Origene elaboratis in pugillaribus: ab horum altero Gregorio Theologo ad Theodorum Epiſcopum Tyanæum miſſa cum Epiſtola ad eumdem cujus initium ἑορτὴ ϗ τὰ γράμματα: hæc ſelectio in fine vocatur Philocalia contra Celſum.

XVI. Memb. Clementis de peregrinationibus, & prædicationibus Petri, ad Jacobum Epiſcopum Hieroſolymitanum Epitome.

S. Anaſtaſii reſponſiones ad quæſtiones ſibi propoſitas a quibuſdam Orthodoxis de diverſis capitibus: a Nicephoro perſcriptus eſt menſe Octobri indictione prima anno 6581. & ex adverſo paginæ legitur, obdormivit in domino ſanctiſſimus Pater noſter D. Antonius qui in hac ſublimi, & Deo amabili inſula Pa-
B normo aſceticam vitam exercuit, quæ & Antigoni dicitur: qui & cellulam in vertice hujus ædificaverat menſe Novembri die quinta hora noctis ſeptima anno 6570. Chriſti 1062. indictione prima.

XVII. Membr. S. Baſilii Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ oratio de jejunio.

S. Joannis Chryſoſtomi de adventu Domini N. J. C. & de communi Reſurrectione.

Ejuſdem in vanam vitam, & de compunctione animæ.

Ejuſdem in reliqua pſalmi L. complementum de pœnitentia.

Ejuſdem in eum qui incidit in latrones.

Ejuſdem in filium prodigum.

XVIII. Memb. S. Baſilii Hexameron ini-
C tium deeſt.

S. Gregorii Nyſſeni ad fratrem ſervum Dei Petrum Epiſtola.

Ejuſdem de Philologia, de hominis generatione.

Ejuſdem ad ea, quæ dubitantur in Hexamero, & Apologia pro divinæ memoriæ Baſilio fratre ſuo: initium hujus tractatus deſideratur.

XIX. Memb. antiquiſſimus S. Baſilii Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ moralia ſive homiliæ, XXXVII.

XX. Membr. S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini adverſus idola.

De Incarnatione Verbi, & corporali ad nos ipſius adventu.

De corporatione Dei Verbi.

De Unigeniti Verbi Incarnatione contra
D Arium, & Apollinarium.

De Incarnatione Chriſti, & adverſus Apollinarium.

De ſalutari manifeſtatione Chriſti & adverſus eumdem.

Adverſus omnes hæreſes.

Epiſtola ad Epictetum Epiſcopum Corinthi adverſus hæreticos.

Expoſitio fidei.

Liberii Archiepiſcopi Romæ ad Athanaſium Epiſtola & hujus ad eum reſponſio.

Tomus, ſeu Epiſtola ad Antiochenos Epiſcopos.

De æterna exiſtentia Filii, & Spiritus cum Deo, & adverſus Sabellianos.

Quod unus ſit Chriſtus.

Epiſtola ad Adelphium Epiſcopum, &
E Confeſſorem contra Arianos.

Epiſtola ad Maximum Philoſophum.

In

In ea Evangelii verba *Abite in castellum quod contra vos est.*

Confutatio simulationis Meletii, & Eusebii Samosateni circa consubstantiale.

Ad Epictetum Epistola, quæ superius adnotata est, sed ea titulo, & tribus ad finem versibus mutila est.

In ea Evangelii verba, *qui dixerit verbum contra filium hominis dimittetur ei, qui vero dixerit contra Spiritum Sanctum non dimittetur.*

In Passionem Servatoris.

De Interpretatione psalmorum ad Marcellinum.

XXI. Pap. Marci Eugenici imago dormitionis S. Ephrem Syri, & alia de Martyribus coronatis.

Anastasii Archiepiscopi Antiocheni de rectis secundum nos veritatis definitionibus sermones.

S. Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ contra Sabellium, Arium, & Anomœos.

Ejusdem adversus eos qui calumniantur, nos tres deos dicere.

Cyrilli Alexandrini ad Anastasium, Alexandrum, Martinianum, & reliquos Orthodoxos Patres Monachos.

Ejusdem Anathematismi XII. cum oppositionibus Theodoriti, & Responsionibus Cyrilli unà cum explicatione.

XXII. Pap. Sententiarum diversarum SS. PP. liber divisus titulis X.

XXIII. Membr. Athanasii Alexandrini homiliæ sive tractatus varii, iidem fere qui continentur in codice XX. hujus plutei, quamvis præpostere positi, postremi quinque desiderantur.

XXIV. Pap. S. Basilii Magni de utilitate ex libris Græcorum capienda.

Isocratis orationes, scilicet:

Ad Demonicum exhortatoria.

Ad Nicoclem de regno.

Nicocles vel socialis.

Helenæ encomium.

Evagoras Encomium Busiridos adversus Sophistas.

Plataïca Æginetica adversus Lochiten, adversus Euthymium.

Oratio funebris in eos qui bello occubuerunt a nonnullis attributa Demostheni.

XXV. Membr. S. Basilii Magni oratio ad juvenes de utilitate ex libris Gentilium capienda.

XXVI. Pap. Arsenii Archiepiscopi Monembasiæ Apostolidæ violaria compositio ad Leonem X. P. M. continens adagia Græcorum cum variis sententiis, & expositionibus Poëtarum, & Philosophorum Græcorum, juxta rationem Alphabeti.

XXVII. Membr. S. Basilii Magni de Spiritu Sancto, cap. XX.

Adversus impium Eunomium.

Oppositiones contra defensiones Eunomii.

In Hexameron homiliæ.

Gregorii Nysseni Physiologia mundi, & de iis, quæ hominis creationem præcesserunt, prævia ejusdem Epistola ad Petrum fratrem suum.

Basilii M. in illud *In principio erat Verbum.*

Adversus Sabellianos, Arium, & Anomœos; finis deest.

XXVIII. Membr. Antiochi Monachi Mo-
A nasterii Abbatis Sabbæ ad Eustathium præsulem Monasterii *Attalines* civitatis Ancyræ in Galatia. De vitiis, & virtutibus capita CXXX. Postremi capitis finis desideratur, & alterum quod in indice inscribitur, De oratione, seu confessione, quod deberet esse in ordine centesimum trigesimum primum.

XXIX. Membr. Acta Apostolorum cum Epistolis Catholicis, & D. Pauli cum argumentis & scholiis antiquis, & interlineari Latina versione in Epistolis.

XXX. Membr. insignis, Acta Apostolorum, Epistolæ Canonicæ, Epistolæ S. Pauli & Apocalypsis Joannis Evangelistæ: finis nova manu suppletus est.

XXXI. Memb. Acta Apostolorum, Epistolæ
B Canonicæ & S. Pauli.

XXXII. Membr. Acta Apostolorum, quibus præmittuntur Iambici morales per ordinem alphabeti. Ad finem leguntur Archoteliæ Apostoli, id est, principia, & fines lectionum B. Pauli secundum Sabbatha & Dominicas.

Dorothei Tyri Episcopi Hieromartyris, (qui sub Licinio Martyrio affectus est,) brevis vita, & ejusdem tractatus de 72. Discipulis, & 12. Apostolis ubi unusquisque eorum prædicavit.

Subjicitur expositio de octo rationibus vitiositatis, hoc est, de octo vitiis capitalibus. Sequuntur Acta Apostolorum cum Argumentis Epistolæ Canonicæ, & D. Pauli, & Apocalypsis S. Joannis.

Lexicon Apostoli, id est, Libri qui conti-
C nent Epistolas Apostolorum per ordinem Alphabeti, cui subnectitur Lexicon Evangelicum S. Cyrilli.

XXXIII. Membr. S. Basilii Magni de utilitate ex Libris Græcis capienda.

Lysiæ Oratio Funebris in eos qui bello ceciderant.

Demosthenis, ut quidam ferunt, Oratio, in eos qui bello occubuerant. Dionis Chrysostomi de regno Orationes II.

Oratio sine titulo.

Dionis Chrysostomi de Homero.

De Socrate I.

De Socrate II.

Agamemnon sive de regno.

Nestor.

Achilles.

Platonis Menexenus sive Epitaphius.

D Timæi Locrensis de Natura Universi.

PLUTEUS QUINTUS.

AUCTORES GRÆCI.

I. In membr. antiq. Octateuchus, seu Liber continens Pentateuchum Moysis, Josuam, Judices, Ruth. Quatuor Libri Regnorum, Paralipomena, Esdræ primus (qui nobis est tertius inter apocryphos) Esdræ secundus (qui nobis est Esdræ primus, & secundus, & incipit *Inanno*: desinit *Deus meus in bonum*) Machabæorum primus, in quo prima decem capita, (prout in nostris libris enumerantur) desunt unà cum initio cap. XI. Principium sumit ab iis
E verbis, quæ nobis sunt in cap. XI. n. 34. *Statuimus.*

II. In membrana. Canones varii cum expositione Balsamonis, Zonaræ, & aliorum, scilicet:

Expositio Sacrorum & Divinorum Canonum Sanctorum Apostolorum, & Sacrorum universalium Conciliorum; quin etiam localium, & particularium, & reliquorum SS. PP. Item declaratio obtinentium, & non obtinentium legum quæ continentur XIV. titulis, qui Canonibus premittuntur jussu Imperatorio, & Patriarchico elaborata a Theodoro Diacono Sanctissimæ Dei Majoris Ecclesiæ, Nomophylace, Chartophylace, & primo Blachernarum, Balsamone post aliquot temporis nato, & Patriarcha Theopholeo Magnæ Antiochiæ, & Orientis universi. Codici huic præmittuntur index accuratus articulorum a Patriarcha Photio compositus, & heroïci versus Sanctissimi Patriarchæ Theodori Balsamonis in Nomocanonis expositionem ab ipso factam, quæ hoc libro continetur, in calce ejusdem codicis habetur epilogus supradicti Balsamonis in Nomocanona Iambicis versibus, & de ordine secundum sedem Metropolitanam, & Archiepiscoporum prout in Chartophylacio descripti erant.

III. In membr. antiq. decimi sæculi. Clementis Alexandrini Stromaton libri viij. quorum initium primi, & ultimi finis desideratur.

IV. Impr. in pap. Biblia Sacra vulgatæ editionis edita Romæ anno ab Inc. 1594. jussu Clementis VIII. Latine.

V. In membr. Psalterium Davidis cum Canticis aliorum Prophetarum. Libellus supplicationum, & precum.

VI. In membr. Horologium, sive ordo Officii recitandi.

VI. In membran. Cyrilli Alexandrini in Esaïam Prophetam, incipit a cap. XVII. ejusdem Prophetæ, *Onus Damasci*: & progreditur usque ad ultimum.

VII. In pap. Lexicon Græcum dictionum collectarum ex variis utriusque divinæ vocis libris, & aliorum quoque Scriptorum. In calce hujus libri verba hæc adjecta sunt. *Descriptus est hic liber ab exemplari valde quidem mendoso, sed veteri*: anno enim sexies millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto scriptus esse videbatur in fine, cum annus nunc sit sexies millesimus nongentesimus octogesimus secundus. Auctorem vero, & collectorem operis dicere non licuit: Inscriptio libri nullum profert; at in prima pagina scriptum erat majoribus literis rubris, Antonii; cujus vero & unde, & quo tempore, fuisset nihil omnino.

VIII. In membrana. Collectio expositionum in Isaïam Prophetam e diversis S. Patribus, & Doctoribus composita ab Archiepiscopo Cypri Domino Nicolao. Codex hinc incipit ab Esaïæ cap. decimo-septimo in quod desinit tomus alter ejusdem formæ numero 6. hujusce plutei. Spectabilis est quoque, ubi multa Sanctorum Patrum loca sunt, quæ alibi non extant.

IX. Catena Sanctorum Patrum in IV. majores Prophetas, cui singulis libris præmittuntur Senarii Græci in laudem Prophetarum, aureis quadris characteribus exarati. Erant & icones Prophetarum, sed omnes præter unam Hieremiæ mala manu sunt ablatæ. Scriptus videtur a *Niceta* quodam, ut ex iis versibus; qui Esaïæ Prophetiæ præmittuntur satis apparet. Hi Latine redditi sic sonant.

Hæc quæ coronam pacis, & sedes habet
Forma Nicetas edidit pulcherrima
Fideique tessera, lytrum & animæ ut esset suæ.

X. In pap. Fragmentum Homerici Centonis sine principio.

Martyrium S. Agathæ Virginis & Martyris, sine principio.

Martyrium S. Luciæ Virginis & Martyris.

Jo. Geometræ carmen Iambicum in Sanctum Christi Martyrem Panteleemonem.

Georgii Pisidii Diaconi Constantinopolitani carmen Iambicum.

Notitia de Samaria incerti auctoris.

In Orationem Dominicam incerti auctoris.

In Dormitionem Meletii Episcopi.

Domni Eugenii Monachi Nicolai Hydruntini.

Jo. Crassi, & aliorum carmina; videntur scripta tempore Friderici Imperatoris, ut ex Joannis Hydruntini carminibus contra Palamam probari videtur.

Excerpta quædam ex Chrysost. Basilio, & aliis in Sanctorum Patrum statura.

XI. In pap. Dionysii Areopag. de cœlesti Hierarchia.

Ejusdem de Ecclesiastica Hierarchia.

Ejusdem de Divinis Nominibus.

Interjecta sunt Scholia quædam libri de Symbolica Theologia.

XII. In pap. Dialogus evertens orationem, quam scripsit Domnus Demetrius Cydonensis contra Domnum Nilum Cabasilam Thessalonicensem.

XIII. In mem. antiq. Dionysius de cœlesti, & Ecclesiastica Hierarchia, & de divinis nominibus: omnia cum interpretatione & expositione S. Maximi, & Scholiis quibusdam Joannis Philippi Itali.

XIV. In membr. Comment. in psalmos anonymi, incipit a Psalmo 72. qui Hebræis est 73. & desinit in 112. qui Hebr. est 113.

XV. In membr. S. Cyrilli Archiep. Alexandrini Glaphyra sive in Pentateuchum.

XVI. In pap. Christodulus Monachus, sive Joannes Cantacuzenus contra Palamam Hæreticum.

Ejusdem Tractatus alius sine titulo.

Ejusdem hymni in Verbum Dei.

XVII. In pap. Psalterium Davidis, & Cantica Prophetarum: absolutus est anno mundi 6911. Christi 1403.

Hymni sacri, & preces rituales Græcorum, præmissæ sunt in membrana orationes aliquæ.

XVIII. In membr. antiq. Psalterium Davidis cum Canticis Prophetarum: principium cum fine deerant, sed recentiori manu suppleta sunt.

XIX. In pap. S. Dionysii Areopagitæ ad Timotheum Episcopum Ephesinum de divinis nominibus cum scholiis antiquis.

Ejusdem de cœlesti Hierarchia.

Ejusdem de Hierarchia quæ secundum nos est, seu de Ecclesiastica Hierarchia.

Ejusdem mystica Theologia ad Timotheum Episcopum.

Ejusdem Epistola ad varios.

S. Gregorii Nazianz. Apologeticus, & aliæ

ejusdem orationes, habetur in fine annus. 6939. Christi 1431.

XX. In membrana. Lexicon Græcum vetus.

Lexicon dictionum Octateuchi, Regnorum, Psalmorum, multa desiderantur in fine, quæ forte subrepta sunt.

XXI. In membrana. Psalterium Græcum manu Fr. Bernardi Monachi Dominicani, filii Bartholom. Bartolisci de Florentia. Codicis hujus characteres notandi sunt, imitantur enim quodammodo Hebraïcos.

Psalterium Davidis Hebraïco charactere exaratum.

XXII. In membrana. Collectio Canonum Ecclesiasticorum, qui dividuntur in 50. titulos, vulgo Nomocanon, id est, brevia summaria in Canones Conciliorum.

Index eorum, quæ continentur in hoc volumine, habetur in prima pagina manu Ant. Augustini Episcopi.

Nonnulla alia ad Nomocanonem pertinentia, quorum finis deest.

XXIII. Psalterium Davidis cum Precibus & Hymnis Græcis. Incipit a tertio Psalmo. Videntur deesse non pauca in fine, & initium nova manu suppletum est.

XXIV. In membrana. Clementis Alexandrini Pædagogus.

XXV. In membrana. Psalterium Davidis cum Canticis Prophetarum manu Georgii cujusdam cognomento Flammengi.

XXVI. In pap. S. Dionysii Areopagitæ de divinis nominibus cum Scholiis Andreæ cujusdam, scriptum videtur anno 1410. & in fine libri hujus, nomen apparet Georgii cujusdam Pappadopuli.

Ejusdem de Cœlesti, & Ecclesiastica Hierarchia.

Ejusdem de mystica Theologia, & Epistolæ X. manu Nicolai Meletii, anno 6856. Christi 1348.

XXVII. In pap. cod. optimus. Catena in Job variorum SS. PP. cum Commentariis Olympiodori, Polychronii, Methodii, Origenis, Chrysostomi, Severi, Juliani, Didymi Episc. desunt aliqua in principio.

XXVIII. In papyro. Psalterium Davidis impressum Venetiis in domo A. Manutii.

XXIX. In pap. Theodoreti Quæstiones in Vetus Testamentum ad Hypatium, deest finis.

Ejusdem historia de vitis SS. PP.

XXX. In membr. Psalterium David cum expositione S. Athanasii, aliorum Prophetarum Cantica, & Orationis Dominicæ expositio.

Tabula Paschalis ab anno 6510. usque ad 6521. præmissus est Psalterio tractatulus quidam summarius omnium Psalmorum sine principio & fine, in fine quoque adjecta sunt Scholia nonnulla in Psalmos eodem charactere, atque initio.

XXXI. In membr. Eudoxiæ Augustæ centones Homerici de Miraculis Christi Servatoris, deest principium & finis.

XXXII. In pap. S. Dionysii Areopagitæ de Cœlesti Hierarchia, de divinis nominibus, de Ecclesiastica Hierarchia, interjecta sunt Scholia quædam in lib. de Symbolica Theologia, cum ejusdem Epistolis.

Commentaria in lib. de divinis nominibus manu cujusdam Græci Presbyteri. Scholia in libros prædictos.

Polycratis Diadochi Episcopi Ephesini ex A Epistola ad Victorem Diadochum, & Episcopum Romæ, & Clementis Presbyteri Alexandrini ex ejus Sermone qui inscribitur: *Qui dives servatur*, & Philonis Judæi de Christianis, qui ex Circumcisione in Ægypto fidem Christianam amplexi sunt, simul & Monasticam vitam ex ejus libro qui inscribitur de vita contemplativa, sive de supplicibus, & de iisdem ex Eusebio Pamphili.

XXXIII. In membr. pap. Psalterium David.

Ordo recitandi Officium juxta morem Ecclesiæ Græcæ.

XXXIV. In pap. Psalterium David.

XXXV. In pap. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini de Trinitate ad Hermeam, & de Adoratione in Spiritu & veritate ad Palla- B dium in forma Dialogi cum præfatione.

XXXVI. Nicolai Sacerdotis Tarentini disputatio inter Græcos & Latinos. Ejusdem tractatus de sanctis Imaginibus.

Ejusdem quod non deceat introducere mulieres in Presbyterium quemadmodum Latini faciunt.

Ejusdem caput de Processione ex libro S. Augustini.

Ejusdem quod Dominus in azymis Sacramentum non instituerit, & in eamdem rem citat Hierosolymitani Patriarchæ Sermonem, quem conscripsit colloquiis habitis Hierosolymæ cum Philosopho Latino. Sophronii Patriarchæ Hierosolym. Epistola Synodica.

De corporea œconomia, sive Incarnatione C Filii Dei.

Gregorii Theologi ex ejus oratione de Filio secunda, deest finis.

XXXVII. In pap. Apollinaris, & Joannis Geometræ metaphrasis Psalmorum carminibus hexametris, in quibus scripsit etiam Eudocia Augusta, & iambis Dorotheus Hierosolymitanus.

XXXVIII. In membrana. Octateuchus, sive Pentateuchus cum libris Josue, Judicum, & Ruth cum picturis historiam repræsentantibus.

XXXIX. In membrana. Psalterium David.

XL. In pap. Joannis Zonaræ Monachi, & Magni Drungarii vigiliæ. Collectio Canonum Apostolicorum, & Conciliorum Generalium cum Commentariis ejusdem.

De Constitutionibus Monarchicis, & nup- D tiis Joan. Constantinopolitani, & aliorum Decreta cum arbore consanguinitatis ad finem.

Michaëlis Athaliotæ Procoss. & Judicis juridica quædam, quorum deest finis.

Dictionarium, quo Latina Juris verba Græcis explicantur. Si quis exactiorem hujus codicis quærat indicem, legat eum, qui Latino Sermone præfixus est eidem in prima pagina.

PLUTEUS SEXTUS.

AUCTORES GRÆCI.

I. Impres. in pap. Evangelium sanctum Domini N. Jesu-Christi scriptum a quatuor Evangelistis, Matthæo scilicet, Marco, Luca, & Joanne, Romæ in Typographia Medicea characteribus Arabicis ann. 1590.

E II. Mss. membr. Liber Evangeliorum Dominicalium & Festorum, seu quatuor Evangelia,

quæ per Hebdomadas ordinata in Græcorum Ecclesiis annuatim leguntur, cum notis Musicis interlinearibus perpetuis, accentibus, gravi, acuto, & circumflexo rubrica notatis. Liber pervetustus, sed a Feria quarta XVII. Hebdomadis, usque ad finem recentiori manu suppletus; Georgii cujusdam cognomento Longi Sacerdotis, & ab Arsenio Archiepiscopo Monembasiæ dicatus Clementi VII. Pont. Max. cum Senariis Græcis in fronte, quibus e regione Latina respondent, in Calce Senariorum legitur Tetrastichon Græcum.

III. Catena SS. PP. in lib. Psalmorum, & Cantica Prophetarum, cui nonnulla ad eam rem pertinentia præmittuntur ex Epiphanio de 70. Interpret. Eusebio Pamphili, Greg. Nysseno, Josepho & Hippolyto Episcopo Portuensi. Hanc porro Catenam conficiunt, Eusebius Cæsar. Basilius M. Diodorus, Origenes, Hesychius, Greg. Nazianzenus, Cyrillus, Didymus, Arsenius, Theoborus Antioch. Dionysius, Isidorus Pelusiota, Nyssenus, Maximus, Olympiodorus, Aretas Episc. Theodulus, Severus, Theodorus Heracl. Joannes Episcopus Constantinop. Anastasius, Hieronymus, Jovinianus, Nicolaus Presbyter, Victor, Eudoxus Philosophus, Polychronius, Hippolytus, &c.

IV. In membr. Interpretatio Præceptorum Domini Jesu-Christi in Epitome continens summam Bibliorum ex variis SS. PP. collectam, Chrysostomo scilicet, Anastasio Sinaïta, Maximo Monacho, Theodoreto, Nilo, Basilio, Gerontio, Isidoro, Ephraïmo, Climaco, Ammonio Presbytero, Theodoro Studita, Polycarpo, Nazianzeno, Dorotheo, Athanasio, Simeone, Greg. Thaumaturgo, Barsanuphio, Marco, Agathone Gregorio Dialogo, Orsisio, Diadocho, Cassiano, Marciano Bethleemita, Timotheo Alexandrino, Greg. Nysseno, Isaaco Syro, Petro Alexandrino, &c. e vitis Monachorum, Sacris Synodis, & Sacra Scriptura. Opus digestum capitibus LXIII. seu voluminibus, ab Holstenio inter celebriores codices recensetur.

V. In membr. Joan. Chrysostomi Commentarius in Evangelium Matthæi a septimo capite, nam cætera hic desiderantur, & Joannis, item & Lucæ, cui deest principium, & ibi quædam inseruntur in eumdem Evangelistam ex Isidoro Pelusiota, & Athanasio. Ejusdem in VII. Canonicas Catena e diversis SS. PP. collecta, Chrysostomo scilicet, Cyrillo, Pastore, Hesychio Presbytero, Severo, Joanne, Apollinario, Severiano Episcop. Gabalensi, Dionysio, Didymo, Theodoreto Cyri, Theodoro Heracleota, Theodoro alio, Eusebio Cæsari. Ammonio Presbytero, & Ephraïmo. Quæstiones in Genesim sine principio, & fine, inverso ordine ob incuriam Bibliopegi leguntur.

VI. Membran. Eusebii Pamphili de præparatione Evangelica libri XV. In fine habentur Senarii Græci cum hac Epigraphe.

Aurea carmina, quorum initium sic habet: *Codex scriptus mense Junio anno* . . . . . .

VII. In membr. elegantiss. Lectionarium Evangeliorum, seu Evangelia, quæ per Hebdomadam in Ecclesia Græca legebantur.

VIII. In pap. Theophylacti Archiepiscopi Bulgariæ Commentarius in Epistolas Pauli aliquas. Prima est ad Philippenses in principio mutila.

Theodoreti Episcopi Cyri quæstiones, & solutiones contra Judæos e Sacris libris, deest folium in fine, quod ex codice 19. hujus scamni suppleri potest.

Ibidem Commentarius Anonymi in Pentateuchum, cujus initii pars desideratur. Primum caput inscribitur περὶ τῆς πυργοποιίας.

IX. In pap. Eusebii Pamphili de præparatione Evangelica. Codex scriptus anno 6852. Christi 1344. cum Senariis ad finem, qui inscribuntur in codice sexto superius aurea carmina, quorum initium, ἐγώ σε φιλῶν.

X. In pap. Euthymii Zygabeni Monachi panoplia Dogmatica Orthodoxæ fidei cum Senariis quibusdam in laudem authoris in principio, deest finis.

XI. In pap. Evangelia quatuor.

XII. In pap. Epiphanii Eleutheropolitæ Monachi & Archiepiscopi Cypri de fide ad Monachos, præmissa in principio ipsius Monachi vita. Hujus opusculi neque Sixtus Senensis, neque cæteri meminere. Sequuntur excerpta varia e SS. PP. de fide Orthodoxa, ubi desunt non pauca.

XIII. In membrana. Evangelia quatuor, Epistolæ Pauli omnes, unà cum Catholicis, subjicitur Solaris, atque Lunaris cyclus.

XIV. In membr. Evangelia quatuor, præmissis Canonibus, sive tabulis Harmonicis de consensu Evangelistarum cum titulis, & figuris auro pictis, & indice Evangeliorum quæ annuatim leguntur in Ecclesia Græca per menses & hebdomadas.

XV. In membr. Evangelia cum præfatione Eusebii ad Carpianum, cujus finis desideratur.

XVI. In membr. Evangelia cum præfatione Eusebii ad Carpianum.

XVII. In memb. Greg. Nysseni opera varia, scilicet contra Eunomium libri 12. Apologia in Hexameron Basilii, de tribus divinis Personis Epistola.

Cyrilli Alexandrini Anathematismi XII. Supplicatio tradita S. Cyrillo Alexandriæ Archiep. a fraternitate, continens solutiones IV. quæstionum Dogmaticarum ab ipsis Cyrillo propositarum. Hanc sequitur ejusdem Cyrilli Epistola ad Calosirium Episcopum Arsenoïtanum contra Anthropomorphitas.

XVIII. In membr. antiquissim. Evangelia cum Scholiis Græcis, figuris, indice lectionum, Evangeliorum, & Harmonia Ammonii Alexandrini, codicem hunc ornavit, & pinxit Leontius quidam ut ex Iambicis in fine appositis constat.

XIX. In membrana. Theodoreti quæstiones in loca dubia Sacræ Scripturæ, principio desiderantur non pauca, scilicet a fragmento libri Numerorum usque ad secundum Palalipom.

Andreæ Archiep. Cæsar. Cappadociæ in Apocalypsin S. Joannis Evangelistæ principium tantum, cætera desunt.

XX. In pap. Emmanuelis Chrysoloræ comparatio Veteris, & Novæ Romæ Epistolæ. . . . . Ultima consolatoria ad Pallantem Honufrii in obitu fratris. Hæc opuscula extare in Bibliotheca nostra advertit Conradus Gesnerus.

Gregorii Nazianzeni Orationes pacificæ tres.

XXI.

XXI. In membr. Liber Evangeliorum juxta rationem Dominicarum dispositus cum notis Musicis interlinearibus ad usum Ecclesiæ Græcæ, finis desideratur.

XXII. In membr. Eusebii Pamphili, adversus Hieroclem.

Anonymi Isagog ede conscribendis Epistolis, & Canonibus.

Anonymi compendiolum Logicæ.

Anonymi in Platonem Scholia.

Herodiani Quæstiones de declinationibus partium orationis, & alia Grammatica.

Phrynichi collectio verborum, & nominum Atticorum ad Cornelianum. Codicem hunc scripsit Joannes Rhosus Presbyter Cretensis sumtibus Laurentii Medices ann. 1491.

XXIII. In membr. Evangelia quatuor cum Harmonia lineari Eusebii, & ejusdem Epistola ad Carpianum cum picturis quibusdam.

XXIV. In membr. Evangeliorum liber cum tabula Evangeliorum Dominicalium in principio.

XXV. In membr. Quatuor Evangelia cum Synaxario, seu ratione legendi Evangelica juxta ordinem Hebdomad. in Ecclesiis Græcis.

XXVI. In membr. Theophylacti Episcopi Bulgariæ enarratio in quatuor Evangelia, cum opusculo in Psalmos Graduum.

XVII. Pap. Manuelis Moschopuli Rudimenta Grammaticæ, quæ dicuntur Schedæ & alia Grammatica.

XVIII. Pap. Plethonis Opuscula varia adversus Aristotelem sine principio. De virtutibus. Excerpta ex Aristotele de virtutibus & vitiis. Epinomis, seu conclusio. Adversus Scholarium scribentem pro Aristotele. Adversus librum Nicæni pro Latinis & Nicæni res-
E ponsiones, cum ejusdem Plethonis ad finem contradictione. Ad Imperatorem Emanuelem de rebus Peloponnesi. Oratio Symbuleutica ad Despotam Theodorum de Peloponneso. Oratio Funebris in obitu Despoënæ Helenæ.

XIX. Impr. in membr. Porphyrii in Homerum quæstiones sine principio, & ejusdem de antro Nympharum in Odyssea.

XX. Pap. Palæphati de incredibilibus historiis.

Philostrati Lemnii Icones, sive Imagines LXVI.

Phornuti, seu Phurnuti Theoria de deorum natura.

Calliſtrati Ecphraſes, ſeu Imaginum deſcriptiones.

XXI. In pap. Nemeſii Epiſc. Emeſeni de natura hominis cap. 41. cod. Monaſterii Lauræ S. Sabæ in Urbe Hieroſolyma.

XXII. In Pap. Sapientiſſimi, & Doctiſſimi D. Maximi Planudæ Epiſtolæ 121. ejuſdem, videlicet in Theoſomon Sepulturam D. N. J. C. In Coryphœos Apoſtolorum Petrum & Paulum. In S. Diomedem Martyrem ad imitationem Orationis Gregorii Nazianzeni in Magni Baſilii laudem.

Laudatio Hyemis.

Phocylidæ Poëſis utilis & Pythagoræ aurea Carmina cum gloſſ. interlin. Catonis Romani disticha parænetica ex interpretatione Maximi Planudæ cum ſchol. & gloſſ. interlinearibus. Boëtius de conſolatione Philoſophiæ ab eodem Græce tranſlatus, deeſt in initio Boëtii folium unum, quod reperitur inferius præpoſtero ordine poſitum cum vita ipſius Boëtii.

XXIII. Pap. Moſchopuli ſchedæ ſine principio.

XXIV. Pap. Plutarchi varia, videlicet, Apophthegmata Laconica Principum & Ducum. Politica præcepta. Conſolatoria Oratio ad Apollonium.

XXV. Pap. Ejuſdem in vitam Homeri.

XXVI. Pap. Moſchopuli ſchedæ ſine principio & fine.

XXVII. Membr. De nominibus, & verbis Atticis ex Technologia Iconum Philoſtrati facta a Moſchopulo.

XXVIII. Membr. Erotemata correcta a ſapientiſſimo Domino Manuele Moſchopulo ubi nonnulla de etymologiis & appellativorum & propriorum nominum, ultimo de Patronymicis. Subjiciuntur:

Gregorii Metropol. Corinthi Tractatus de Dialectis, ſeu linguarum proprietatibus.

Excerpta quædam de nominum declinationibus.

XXIX. Membr. Quinti Calabri paralipomena Homeri, manu Georgii Tribiziæ, Græcorum qui commorantur Venetiis Sacerdoti deſcripti: a quodam corrupto exemplari, liber multis in locis emendatus.

PLUTEUS LVII.

Scriptores Græci.

I. Pap. Luciani dialogi varii LXXII.

Syneſii Cyrenæi Metropolitani Ptolemaidis Epiſtol. CXLVII.

Epiſtolæ amoebææ Libanii, & Baſilii Magni. Finis deſideratur.

II. Impr. pap. Luciani Samoſatenſis dialogi, quorum primus de ſomnio, ſive Luciani vita: ultimus Charidemus, ſive de Pulcritudine. In fine quædam epigrammata amatoria Græca manu exarata in Dorotheam quandam (forte manu Philelphi).

III. Pap. antiq. Etymologicum Magnum: deeſt principium & finis.

IV. Pap. Lyſiæ orationes variæ XXXI. prima contra Eratoſthenem, ultima contra Philonem.

Gorgiæ encomium Helenæ.

Alcidamantis contra ſophiſtas, & ejuſdem

A Ulyſſes contra Palamedem.

Antiſthenis Ajax, & ejuſdem Ulyſſes.

Demadis pro duodecennio.

V. Pap. Joannis Doxopatræ homiliæ Rhetoricæ in Aphthonii Progymnaſmata, quibus præmittitur caput de Prooemiis Rhetoricæ, & definitio Rhetorici Pragymnaſmatis: finis deeſt.

Hermogenis ars Rhetorica de ſtatibus cum commentario Anonymi.

Ejuſdem de ſtatuum differentia cum commentario incerti Auctoris.

Hermogenis de inventione tomi IV. ſcholia in hos 4. tomos de inventione e multis libris

B aſſidua induſtria, & meditatione collecta, & apte Auctoris verbis accomodata, ſunt autem vel Georgii Diæreti, vel Gregorii, qui vocatur.... & incerti.

Expoſitio in ideas Hermogenis excepta ab ore Joannis Philoſophi Siculi, & de Politica oratione ex commentariis ejuſdem.

Hermogenis de methodo vehementiæ cum ſcholiis excerptis ab expoſitione in eandem Metropolitæ Corinthi Domini Gregorii.

VI. Pap. Luciani dialogi quorum primus de Paraſito, ſive ars Paraſitica: in fine de morte Peregrini; videtur manu Philelphi.

VII. Membr. Epiſtolæ aliquot ſine princi-

C pio (forte S. Maximi, aut S. Nili Holſten.) ultima eſt ad Petrum virum illuſtrem.

Oratio exhortatoria Epiſtolæ forma Maximi Monachi ad ſervum Dei D. Georgium Africæ Præfectum, & ejuſdem expoſitio Pſalmi LIX.

S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola ad Rufinianum Epiſcopum.

S. Baſilii Epiſtolæ CCLXXXIII.

S. Gregorii Epiſcopi Nazianzeni Epiſtolæ CCXXXIV. prima eſt S. Baſilii ad Nazianzenum.

S. Ignatii Epiſtolæ IX. deeſt finis; codex ſatis bonus, quem ſecutus eſt Voſſius.

D VIII. Pap. Grammatica quædam incerti Auctoris, cui titulus eſt n°. 49. hujus Plutei Ephimeriſiæ D. Georgii Lecapeni.

IX. Pap. Laonici Athenienſis Hiſtoria ſuorum temporum libris X.

X. Pap. Scholia antiqua, ſive Gloſſæ in Odyſſeam.

XI. Pap. Etymologicum Magnum ſcriptum in Inſula Creta in civitate vocata Candaci impenſis Fran. Philelphi anno 1466. a Chriſti ortu.

XII. Pap. Collectio Epiſtolarum virorum ſapientiſſimorum, nempe:

Phalaridis CXL.

E Bruti LXX.

Chionis XVII.

Hippocratis I.

Heracliti IX.

Dionyſii Sophiſtæ XLVI.

Meliſſæ I.

Theanûs III.

Diogenis Cynici XXIX.

Platonis VIII.

Procopii Gazæi XL.

Phalaridis aliæ XVI.

Juliani Apoſtatæ III.

Anacharſidis IX.

Mithridatis I.

Euripidis

Euripidis V.
Artaxerxis Regis XV.
Apollonii Tyanei XCI.
Lysidis I.
Myæ I.
Musonii I.
Cratetis XIV.
Æschinis IV.
Dionis V.
Apollonii Tyan. IV.
Libanii ad Julianum I.
Cydonis III.

Parecbolæ ex Callinico, Ardriano Rhetore, Iamblichi historia Babylonica, Diodoro Siculo, & Philone Judæo, quibus adjiciuntur sententiæ quædam, & Amasidis Regis Ægypti Epistolæ duæ ad Polycratem Samium ex Herodoto.

Dionis Chrysostomi Troïcus sermo, sive quod Ilium non sit captum.

Theophylacti Simocatæ scholastici Epistolæ morales, amatoriæ, & rusticanæ LXXXV. fere omnes nova manu suppletæ.

XIII. Membr. Luciani Dialogi, & opuscula varia XLVI. quorum primum de non facile credendo, &c. in fine Tyrannicida. Liber olim Georgii Antonii Vespuccii.

XIV. Pap. Anonymi in Hermogenis Rhetoricam libri II. deest initium.

XV. Pap. Etymologicum Magnum. Scriptum Mediolani anno 1466. a Christi ortu.

XVI. Pap. Vocabularium Græco-Latinum: desinit in litera T.

XVII. Pap. Selectio nominum Atticorum, quibus utuntur veterum probatissimi, & eorumdem variæ significationes, atque discrimina.

Oraculum Novæ Romæ Iambis XX.

Impr. Zenobii Epitome Proverbiorum Tarrhæi, & Didymi secundum ordinem literarum. Impressa impensis, ac cura Philippi de Juncta Florentiæ anno 1497. cum Epistola Latina in principio Benedicti Ricardini Florentini ad Dominum Georgium Datum Canonic. Flor. ac Vicarium Episcopi Aretini.

XVIII. Pap. Glossæ incerti authoris juxta ordinem literarum, sive vetus lexicum.

XIX. Pap. Libanii Sophistæ Epistolæ variæ CCCCXXIX.

Quibus subjiciuntur eæ, quas ad Basilium scripsit: ultima est Basilii ad Libanium.

XX. Pap. Libanii orationes XXVIII. prima encomium suæ ipsius, ultima Libanii vita.

XXI. Pap. Libanii Sophistæ declamationes XXXVIII. quarum prima legatio Menelai ad Trojanos pro Helena. Ultima de eo qui thesaurum invenit.

In fine legitur MCCCCXVIII. ego presbyter Christophorus emi librum istum Candiæ.

XXII. Pap. Scriptor de Re accipitraria.

Aliud Orneosophion rusticiore lingua in accipitres.

Libellus de canum cura descriptus Venetiis anno 1554.

Demetrii Pepagomeni de Podagra.

Subnectuntur quædam curationes morborum, quarum prima Medici Cyprii in Podagricos.

XXIII. Pap. Libanii orationes, sive Declamationes. Incipit a fragmento tertiæ declamationis, & desinit in principio trigesimæ secundæ.

XXIV. Pap. ..... Lecapeni Epistolæ cum glossis interl. & ejusdem in eas epimerismi, sive singularium partium enucleationes, & syntaxes, sive de constructione.

Theæteti de Atticis nominibus.

Inseruntur alia fragmenta Grammatica, veluti qua ratione inventæ sint Græcæ literæ: de pedibus, &c. & ad calcem apposita sunt quædam in SS. Apostolos Petrum, & Paulum se invicem respicientes.

Planudis in novercam, & de vita Sanctæ Mariæ.

Dialogus de Grammatica conscriptus a sapientissimo D. Maximo Planude.

S. Joannis Glyceos Patriarchæ Epistolæ duæ una ad S. Imperatorem, altera ad Logothetam quemdam.

Phrynichi elegantiæ.

Canon Paschalis, & Bissextilis ab anno 6836. ad annum 6912.

Fragmenta quædam Grammatica alia manu, in quibus est Epistola Phrynichi ad Cornelianum.

De spiritibus incerti authoris.

Præcepta Grammatica versibus Politicis.

Sequuntur fragmenta Grammatica alia manu, implendis vacuis paginis.

Phornuti de Diis, priora verba obliterata.

Excerpta quædam e vitis Philosophorum, alia manu ne paginæ vacarent, adjecta.

Imagines quædam forte Philostrati cum scholiis, & exercitationibus Grammaticis. Initium legi non potest, & finis desideratur.

Epistolæ quædam Synesii, alia manu ne paginæ vacarent additæ.

Thomæ Magistri ecloga, seu selectio elegantiarum Atticarum. Pluribus in locis literæ exoleverunt.

XXV. Pap. antiq. Canones declinationum, & conjugationum.

XXVI. Membr. Michaëlis Presbyteri, & Syncelli Apostolicæ Sedis Hierosolymit, Methodus de constructione sermonis, ex tempore dictata Edessæ Mesopotamiæ petente Lazaro Diacono Philosopho & Logotheta.

Joannis Characis Grammatici de Declinationibus.

Joannis Grammatici Alexandrini de diversis accentibus, seu de differentia vocum secundum accentus.

Etymologiæ variæ, quibus adnectuntur de variis accentibus particulæ... & de accentibus aliarum particularum encliticarum.

Dictiones, sive glossæ canonum Iambicorum, juxta ordinem alphabeti.

Sapientissimi Michaëlis Pselli Synopsis omnium scientiarum versibus Politicis ad piissimum Dominum Michaëlem Ducam jussu patris ipsius, & imperatoris, ut facile, & suaviter ille ad scientiarum cognitionem ferretur.

De genitivis custodientibus ω vel contrahentibus ad Leonem.

De Grammatica, & orthographia versus Iambici.

De verbis, & de nominibus femininis desinentibus in ια ad Michaëlem Imperatorem versus Politici.

De constructione versibus aliis Politicis. A

Subjiciuntur alii versus politici Anonymi cum nominibus quorundam fluminum, stagnorum, gentium, civitatum & lapidum.

Canones, sive regulæ Grammaticæ, & orthographiæ ad cantum accomodatæ memoriæ facilioris gratia.

Alii canones de literis, quæ contrahuntur in genitivo.

In fine: Auctor horum canonum adscribitur Nicetas quidam proximus Chalcopraticωn consobrinus Serrôn Pastoris. Sunt pro coronide hujus voluminis epitheta Deorum.

XXVIII. Pap. Libanii Sophistæ Rhetoris orationes tomis II. primus Meletas, id est meditationes habet XXV. alter encomia, & invectivas XXXI. B

Insertum est in medio opusculum de figuris rhetoricis, quod incipit ἔχων τὶς γυναῖκα.

In fine legitur: Finis cum Deo Sancto libri mense Septembri: manu etiam & labore..... perfectus est an.....

XXVIII. Pap. Luciani Rhetoris sermones XLVIII. cum argumentis, & scholiis quibusdam ad oram libri: desinit in Oedipode, cujus finis, ut alia multa vetustate obliterata obsoleverunt, & in medio suppleta sunt nova manu, quæ deerant.

Liber Harmonis Atheniensis. C

XXIX. Pap. Luciani Dialogi Deorum VI.

Plutarchi de discernendo amico, ab adulatore, & de πολυπραγμοσύνῃ v. negociositate.

Isocratis orationes tres, videlicet ad Demonicum, ad Nicoclem: & Nicocles, vel consilium.

Demosthenis Olynthiacæ III.

Sequuntur epigrammata varia, quorum primum in Hippocratem.

In fine: Scriptus est (hic codex) per me Bartholomæum Comparinium Pratensem Florentiæ.

XXX. Pap. Simeonis Sethi Ichnilates, in quo de diversis miraculis naturalibus agitur. D

Æsopi vita, & fabulæ juxta ordinem alphab.

XXXI. Pap. Tactica de naumachia, strategematis, & piratica cum canone in fine, qui canitur ad bella.

Liber scriptus manu Antonii Eparchi in Corcyra insula anno 1664. Aprilis 22.

XXXII. Pap. Scholia valde necessaria, & utilia Iliados Homeri, ubi insertum fragmentum Tryphonis de passionibus dictionum.

Scholia antiqua in IV. libros Odysseæ Homeri cum argumentis.

Joannis Tzetzæ Epistola versibus politicis continens varias historias, usque ad urbanitates ejusdem, sive faceta dicta, quæ tanquam trivialia omisisse se fatetur exscriptor. E

XXXIII. Pap. Libanii Sophistæ epitaphius in Julianum Imperat.

De figuris Rhetoricæ, & Hephæstionis de metris, seu versibus.

Juliani (Apostatæ) in Regem Solem.

Aristotelis Physiognomica cum historia de animalibus, aquis, & ventis.

Gemistii oratio ad Imperatorem.

Bessarionis Cardinalis Epistola ad Theodorum.

Hermæ Philosophi Protheoria in Porphyrii Phoenicis Isagogen.

Capita Magica XXXVI. ex Magicis Zoroastri cum expositione.

Aristotelis de universo ad Alexandrum Regem.

M. T. Ciceronis de memoria artificiali.

Sapientissimi & doctissimi Domini Georgii Gemistii de virtutibus.

Aristoteles de virtutibus.

Fragmentum sine titulo.

XXXIV. Pap. Libanii de conscribendis Epistolis.

Grammatica quædam incerti Authoris.

Subjicitur Epistola Gregorii, nisi legendum sit Gregoræ ad Imperatorem.

Maximi Planudæ dialogus de Grammatica, finis deest.

Herodiani de spiritibus cum scholiis.

XXXV. Pap. Quædam Grammatica de Orthographia, & ad finem de verbis.

XXXVI. Membr. Argumenta Allegorica in primos Homeri libros Iliadis Joannis Tzetzæ Grammatici versibus politicis ad Invictissimam & maxime Homericam Augustam D. Irenen ex Alamannis.

Theognosti Grammatici de Orthographia, atque alia Grammatica.

Theocriti de spiritibus.

Excerpta quædam de faciendis iambis, de syllabis & literis, & alia Grammatica.

XXXVII. Membr. Schedia, forte Moschopuli, cum explicationibus, finis desideratur.

XXXVIII. Impres. membr. Scholia antiqua in Homeri Iliada Leoni X. Pont. Max. nuncupata cum duplici Epigrammate Lascaris, in principio literis majoribus & argumentis.

Codex formis excusus Romæ apud Collem Quirinalem in ædibus nobilis, & sapientis Viri S. Angeli Colotii, Summi Pontificis ab Epistolis, anno ab Incarn. Domini 1517. Leonis X. anno V.

XXXIX. Pap. Lexicon vetus sine principio & fine: desinit in litera o (Langius) forte Lascaris.

XL. Pap. Michaëlis Pselli Epistolæ & orationes variæ, & alia opuscula: initium desideratur.

Prima quæ legitur Epistola, est ad Romanum Imperatorem, ultimum opusculum est in illud, *panem Angelorum comedit homo.*

Michaëlis Cerulli Sanctissimi Patriarchæ Constantinopolitani ad Petrum SS. Patriarcham Antiochenum Epistolæ II. & Patriarchæ Antiocheni responsio ad Constantinopolitanum.

Ejusdem Antiocheni ad Archiep. Aquileiæ, ad Sanctum Patriarcham Alexandrinum, ad Sanctum Patriarcham Hierosolymitanum, ad Sanctissimum Papam Romanum, & Papæ Leonis ad eumdem responsio, (dignæ sane quæ ederentur).

Pselli diversa opuscula & orationes, quarum prima inscribitur..... ultimo Tractatus de somniis, & quædam historica: finis desideratur.

XLI. Pap. Manuelis Moschopuli (ut adnotavit Holstenius) Grammatica, seu Schedia cum explicationibus.

In calce paginæ cujusdam paulo post principium, legitur Aprilis 7. indict. 14. feria 4. Magnæ Hebdomadis.

XLII. Membr. Lexicum vetus incipit a literis AY.

Lexicon de differentia dictionum per accentus & spiritus.

Philippicarum Demosthenis dictiones, seu glossæ.

Lexicon aliud Rhetoricum, & dictiones deliberativarum Demosthenis.

Lexicum dictionum Vet. & Novi Testamenti collectum a Stephano, Theodoreto, & aliis Lexicographis, Cassiano, Longino Philosopho.

Etymologiæ XXIV. elementorum alphab. quas Langius satis ridiculas appellavit.

De mensuris, & ponderibus Hebraïcis & Græcis.

Computus Ecclesiasticus, qui apparet factus anno 6384. cui subnectitur Computus Paschalis incipiens ab an. 6631. usque ad an. 6690.

Explicatio quarumdam vocum Latinarum & Hebræarum, quæ in libris Græcis legalibus, & Evangelio reperiuntur.

Subjiciuntur dictiones, sive glossæ e Christianicis libris, & vita S. Eliæ junioris.

Theodosii Monachi Grammatici ad Joan. Deo amabilissimum Presbyterum, & in Christo Fratrem Acrostichides rariorum Canonum festorum, versibus elegiacis cum expositione eorum: ultima est Joan. Monachi.

Lexicum vocum, quæ inveniuntur in Tropariis secundum ordinem literarum.

Canones Ecclesiæ Græcæ cum eorum Acrostichidibus & interpretatione. Primus in Nativitate Christi Cosmæ Monachi, finis deest.

Fragmentum libri Etymologici.

XLIII. Pap. Luciani dialogi aliquot: Primus Cataplus, seu Tyrannus: ultimus Cratetis & Diogenis.

XLIV. Membr. antiq. Libanii Rhetoris declamationes, & orationes aliquot.

XLV. Pap. Lysiæ orationes XXVIII.

Prima pro Eratosthene, ultima contra Philonem.

Luciani podagra, Ocypus, Cynicus & de Dea Syria, Cebetis tabula, sine fine.

Herodiani historia post Marcum libris VIII.

Æschinis Rhetoris orationes tres cum vita ipsius, & enarratione Apollonii in eumdem.

Anonymi oratio de amicitia.

Pselli fragmentum quoddam.

Epistolæ variorum, videlicet:

Euripidis.

Hippocratis.

Poeti.

Artaxerxis.

Histanis.

Democriti.

Heracliti.

Apollonii Tyanei.

Lysidis.

Myæ.

Theanûs.

Æschinis.

Chionis.

Post Epistolam Theanûs habetur Democriti opus de natura hominis ad Hippocratem.

XLVI. Pap. Luciani dialogi varii XCIII. Videntur scripti manu Rhosi Cretensis.

XLVII. Pap. Libanii declamationes aliquot, & Epistolæ CCXCVII. Primæ duæ paginæ nova manu suppletæ sunt, & finis deest.

Lexicon vetus.

A Excerpta quædam Grammatica.

XLVIII. Pap. Lexicum vetus incipiens a litera Δ. Subjiciuntur interpretationes quorumdam nominum Hebræorum, & explicationes nonnullarum Latinarum vocum.

S. P. N. Cyrilli Archiep. Hierosolymitani historia Mystagogica Ecclesiastica, finis deest.

Gregorii Archiep. Metropoleos Corinthi expositio in Canones Dominicos SS. Festorum totius anni, Triodorumque sanctæ magnæ Hebdomadis, & Festivitatum supersanctæ Deiparæ.

XLIX. Pap. Nominum Atticorum collectio e Technologia imaginum Philostrati, quam B edidit D. Manuel Moschopulus, & e libris Poëtarum digesta secundum ordinem literarum, scripta mense Septemb. die 8ª. in Nativitate Deiparæ indict. 15. anno 6957.

Præmittuntur quædam de affectionibus dictionum, sive figuris verborum.

Grammatica sapientissimi & maxime Rhetorici D. Thomæ Magistri digesta secundum alphab.

Manuel Moschopuli de nominibus.

Ephemerides D. Georgii Lecapeni, seu Leucapini, de varia verborum significatione.

Tryphonis affectiones dictionum XXVI.

Schedia quædam cum exercitationibus in C ea Grammaticis, & glossis interlinearibus.

Ephemerides Lecapeni iteratæ, sed finis desideratur.

L. Pap. Dictionarium Græcum e diversis libris collectum ab incerto.

Lexicon Sacræ Scripturæ.

Expositio vocum Hebraïcarum.

Hymni Ecclesiastici, sive tractus, & troparia cum expositione, quædam titulum habent Joan. Damasceni, quædam magni Cosmæ, sine principio.

Epitome enarrationum in Triodium magnæ Hebdomadis, & reliquos diversos Dominicorum festorum Canonas conscriptarum, a D Protonotario composita, finis deest.

Variæ Sententiæ versibus senariis, sine principio.

Cantiuncula compunctiva opus Leonis Sapientis, & Imperatoris versibus Anacreonticis, seu potius politicis.

Præcepta brevia de tuenda sanitate senariis comprehensa.

Excerptum ex S. Epiphanio, quod septem opera fecerit Deus die Annunciationis Mariæ.

Subjiciuntur nomina ventorum, Adamantius Sophista scripsit de ventis.

Paschalion valde breve, seu modus inveniendi Pascha.

E Aliud excerptum e Severiano circa mundi creationem, & alia Theologica, ubi quod XXII. literas Hebræorum a Monte-Sina traditas ipsi a Deo detulerit Moyses ad filios Israël & de XII. Montibus magnis. Menses Judæorum, Macedonum, Ægyptiorum, quædam de asse, sive de nummis, & sententiæ quædam versibus politicis.

In fine legitur, præsens libellus absolutus est a Christi ortu 1515. 12. Octobr. indict. 3ª.

Nomina civitatum Græcarum vetera & nova.

Charitonymi Hermonymi oratio funebris in honorem æternæ Imperatricis divinissimi nos-

tri Principis Domini Thomæ Despotæ Palæologi cognomento Porphyrogeniti Dominæ Catherinæ Palæologinæ. A

LI. Membr. antiq. Luciani dialogi XXXVI. quorum primus Charon, sive Episcopuntes: ult. Convivium, seu Lapithæ.

Ultimæ tres paginæ nova manu suppletæ.

LII. Pap. Lysiæ orationes quædam prævia ipsius vita a Plutarcho, vel ut aliis videtur a Dionysio Halicar. conscripta. Script. Florentiæ manu Marci Joan. F. Cretensis.

LIII. Gorgiæ encomium Helenæ.

Alcidamantis de Sophistis, & pro Ulysse.

Antisthenis Ajax, & Ulysses.

Domadis pro Dodecaëtia, sive annis XII. B

PLUTEUS LVIII.

Scriptores.

I. Ms. pap. Julii Pollucis Onomasticon ad Commodum Cæsarem.

II. Pap. Medici Joseph Pinari Rhacendyti Rhetorica quædam cum præfatione ejusdem, tum prosa oratione, tum soluta, & aliis versibus iambicis, videlicet: Joannis Nomici Botoniatæ ad Isidorum Diaconum & tabularium Chiotam, centum iambicis metri naturam declarantibus in Annunciationem, in Dormitionem Deiparæ, de Cruce & de S. Nicolao. C

Theodori Lascaris Imperatoris Domini Joannis Ducæ filii, de Physica communione, seu communicatione Sermones VI.

Excerpta utilia e Procli Philosophi scholiis in Cratylum Platonis, capitibus CLXXXVI.

Galeni de Philosophorum historia.

Aristotelis ad Alexandrum de universo mundo, & opifice ipsius.

Libanii Sophistæ Progymnasmata, sive chriæ, comparationes, loci communes, & alia Rhetorica, collectore Joseph Rhacendyto.

III. Pap. Julii Pollucis Onomasticon lib. X.

IV. Pap. Valerii Harpocrationis vocati Rhetoris Alexandrini decem Oratorum dictionum collectio ordine literarum. D

Membr. Fragmenta legalia, sive actiones quædam Græce, & nonnunquam Latine explicatæ.

Sententiæ Democratis, (puto legendum Democriti, lingua enim Ionica, qua ille usus est, scriptæ sunt), & aliorum externorum sapientum.

Sapientissimi Simeonis Vestii cognomento Seth Synopsis, & delibatio Physicorum, & Philosophorum dogmatum.

Liber Harmonii Atheniensis.

In extremis duobus opusculis nonnullæ paginæ alieno loco positæ. E

V. Pap. Isocratis orationes cum argumentis prævia ipsius vita, prima ad Demonicum, ultima ad Achidam.

VI. Pap. Phalaridis Epistolæ.

Æschinis Epistolæ XII.

Ejusdem oratio contra Ctesiphontem, cum argumento Demosthenis adversus Æschinem, & aliæ Demosthenis orationes sine titulo, omnia præpostero ordine posita.

VII. Pap. Philostrati imaginum liber cum glossis quibusdam interlinearibus. Finis desideratur, & desinit in Insulis.

VIII. . . . . . .

IX. Impr. pap. Philostrati de vita Apollonii Tyanei libri VIII.

Eusebii Pamphili Cæsariensis contra Hieroclem, quod Apollonium Tyaneum Servatori Christo conferre conatus sit. Excusus Venetiis apud Aldum mense Martio 1501.

X. Impr. pap. Isocratis orationes præmissa vita ejusdem e Plutarcho, & Philostrato, & judicio de eodem Dionysii Halicarnassei. Codex excusus Mediolani ex emendatione Demetrii Chalcondylæ ab Henrico Germano, & Sebastiano Pontremulensi, sumptibus illustrissimi Ducis Mediolani, manu Bartholomæi Scyasi, Vincentii Aliprandi, & Bartholomæi Bozzonis anno a C. O. 1493. mensis Jan. 24.

XI. Pap. Joannis Stobæi eclogæ apophthegmatum & præceptorum moralium CXXIII.

Theoctisti sententiæ utiles maxime iis, qui lassitudine & remissione animi laborant, juxta literarum ordinem.

Hippomachi vita, (quem postea Hipparchum vocat,) & sententiæ, & aliorum Philosophorum.

Codex descriptus Romæ anno a Christi ortu 1493. Julii 10. a Joanne Presbytero Rhoso Cretensi.

XII. Membr. Isocratis orationes, quarum prima ad Demonicum, ultima Paragraphe adversus Callimachum.

XIII. Membr. Phornuti de diis, & Cometis: codex descriptus manu Joan. Petri Rhosi Cretensis anno 1491. mense Junio 28. Venetiis.

XIV. Membr. Isocratis orationes XXI.

XV. Pap. Francisci Philelphi liber, qui inscribitur de Psychagogia, sive carmina varia, sectionibus tribus; ad finem legitur manu ejusdem Philelphi: Hi tres libri neque editi sunt a me Francisco Philelpho nec emendati, quare cum multa mutanda sint, ne quis ex hisce exscribat rogo.

XVI. Pap. Phalaridis Agrigentinorum Tyranni Epistolæ CXX. deest finis Epistolæ 47. tota 48. 49. 50. 51. 52. 53. & 54. principium.

Bruti Consulis Romani Epistolæ, quibus subnectitur Mithridatis Epistola ad Mithridatem Regem consobrinum suum in collectionem Epistolarum Bruti.

Epistolæ amoebeæ Magni Basilii, & Libanii, & in fine:

Libanii ad Amphilochium Episcopum, Opimium Episcopum, Aristophanem, & Gregorii ad Celeusium.

Juliani Imperatoris Epistolæ XLVI. quarum prima ad Iamblichum Philosophum.

Philostrati Epistolæ amatoriæ LII.

S. Gregorii Theologi Epistolæ LIV. deest finis.

S. Gregorii Nysseni Epistola de iis qui Hierosolyma proficiscuntur: cui subnectitur Epistola Athanasii ad Joannem, & Antiochum dilectos filios, & Compresbyteros.

Alia Epistola sine titulo: forte Athanasii.

XVII. Pap. Philostrati Heroica.

XVIII. Pap. Philostrati Heroica, & imagines.

XIX. Pap. Herodiani de genitivis derivatis a dialectis, & de verbis.

Alia

Alia quædam Grammatica de nominibus, & verbis, sine titulo.

Scholia in Theocritum.

Erotemata in pueros instituendos.

Joannis Philoponi de diversis significationibus vocum secundum diversos accentus. Subjiciuntur Ægyptiorum menses, Ascalonitarum, Antiochensium, sive Macedonum, Latinorum, Hebræorum, & Atheniensium.

Glossæ, sive dictiones Atheniensium, Argivorum, Arcadum, Achivorum, Ætolorum, Acarnanum, Ambraciotarum, Acoliensium, Hermioneorum, Thessalorum aliorumque populorum, lingua communi explicatæ manu ipsius Philelphi, cujus manu exaratus est etiam tractatus Johannis Philoponi, & plura variis locis suppleta.

Canonismata selecta valde necessaria verborum, ut plurimum a poëtis prolatorum, & rarius ab Oratoribus.

Lexicum verborum cum interpretatione Latina manu ipsius Philelphi.

XX. Pap. Josephi Rhacendyti compendium Rhetoricæ.

Compendium logicæ Aristoteli adscribitur in principio a quodam, Latine.

Summam hanc fere eisdem verbis scripsit Nicephorus quidam Monachus cognomento Blemmides, & Physicorum summam, & Meteororum, uter ab altero mutuatus incertum mihi est.

Compendium Physicæ Aristotelis, in quo de Meteoris, de Generatione Animalium, & de anima: in principio hujus compendii Latine adnotata sunt hæc: *eadem fere* ad verbum scripsit & Georgius quidam cognomento Pachymeres; uter vero ab altero mutuatus incertum. Complexus ille est Metaphysica, Ethica Nicomachica, & Mechanica, quæ hic videtur omisisse: rursus hic de Rhetoricis scripsit, & de Catholica fide, quæ ille præteriit. Hic vero videtur fere totum Aristotelem complexus absolutiorem paraphrasim conficere. Post caput XIV. libri de anima adnotata sunt hæc Latine: *Hactenus quæ apud Aristotelem: quæ sequuntur ex dogmate sunt Christianorum.*

Compendium pavorum naturalium.

Collectio, seu summa Mathematum, sive de Arithmetica, Musica, Geometria, Astronomia.

De virtutibus & vitiis secundum Aristotelem.

De fide, & divinis dogmatibus.

XXI. Pap. Josephi Rhacendyti compendium Rhetoricæ.

Sopatri quæstiones Rhethoricæ.

Liber Isagogicus de conscribendis Epistolis, & orationibus, & versibus Iambicis: deest finis.

XXII. Pap. De formis dicendi, sine titulo.

De charactere Thucydidis ad Amnæum.

Epistola per Dionysium Halicarnass. pl. LX. numero XVIII.

XIII. Pap. Philostrati Imagines XXXII. cum scholiis & gloss. interlin.

Pauli Silentiarii in Thermas quæ sunt in Pythiis semiiambi dimetri Catalectici cum schol. & glossa interlin.

Philostrati Heroïca cum schol. & gloss. interlin.

Æsopi fabulæ secundum alphabetum cum vita ipsius in principio.

A XXIV. De ideis, sive de formis dicendi; sine titulo: & alia excerpta Rhetorica ex Aristide de Ideis, & Platonis dialogis e Sopatro & Longino, & e Plutarcho, & proverbia ab Æsopo, & excerpta quædam Theologica cum catalogo Patriarcharum Hebræorum, Regum Persarum & Imperatorum Romanorum.

Computus quidam Paschalis, & de stipulatione Aquiliana. Præmittuntur fragmenta quædam de figuris Rhetoricis.

XXV. Pap. Joannis Characis Grammatici de iis, quæ declinantur.

Lexicum Constructionum secundum Al-
B phabetum.

Reverendissimi Metropolitæ Corinthi de Dialectis.

Canonismata, sive regulæ variæ Homeri, deest finis.

Præmittuntur initio Senarii sine principio: primus titulus qui apparet, est ad Bulgariæ Archiep. quibus subjiciuntur, Domini Theodori Prodromi tetrasticha Heroïca, & Iambica de variis sacris celebritatibus.

Sequuntur carmina Sepulchralia.

XXVI. Pap. Julii Pollucis onomasticon ad Commodum Cæsarem: præmittuntur quidam senarii in eundem Imperatorem & in fine
C alii senarii morales subjiciuntur ab exscriptore in suum opus.

XXVII. Pap. Sapientissimi & Doctissimi Domini Georgii Curtesii Scholarii introductio in Grammaticam.

Constantini Lascaris Constantinopolitani de nomine & verbo, Grammaticæ liber tertius, formis excusus.

In fine codicis adnotatur librum de nomine compositum fuisse Mediolani latius, in summam vero redactum Neapoli. De constructione vero secundum & de verbo, hunc, aliosque Messanæ anno Christi 1466.

XXVIII. Impr. pap. Philostrati Imaginum
D libri II. quibus subjiciuntur:

Philostrati junioris imaginum liber I.

Philostrati Heroica.

Callistrati Ecphrases, sive descriptiones.

Flavii Philostrati de vitis Sophistarum ad illustrissimum Consulem D. Antonium.

Venetiis in ædibus Aldi mense Junio 1503. liber Flaminii.

XXIX. Pap. antiq. Anonymi de Syntaxi, sive constructione: finis desideratur.

Collectio adagiorum juxta rationem alphabeti.

Alia collectio juxta alphabetum: quibus adjiciuntur alia proverbia non servato ordine
E literarum.

Isagoge dogmatum Elementaris ab ore Joannis Presbyteri Monachi Damasceni ad Joannem Episcopum Laodiceæ.

S. P. N. Archiep. Cæsareæ Cappadociæ Basilii quomodo e Græcis literis utilitatem capere possint adolescentes.

Pselli in Platonem, de Animi generatione.

Manuelis Bryennii rerum Harmonicarum libri II. cum schol. Asclepii Tralliani & gloss. interlin.

Nicomachi Geraseni Pythagor. Arithmeticæ Isagoges lib. II.

Pselli ea quæ assumuntur in Methodum

Ægyptiacam Arithmeticæ, & ejusdem hypotyposis summaria veterum dogmatum apud Chaldæos. A

Ejusdem Philosophorum Hypatii Pselli enarratio Mathematicæ Timæi de animæ existentia, & cogitatione.

Enarratio perfectior Dialemmatis.

Ad inveniendum latus cujuscumque numeri, & alia de duplicatione cubi.

Cl. Ptolemæi Harmonicon, sive de Musica libri III. cum scholiis quibusdam & gloss. interlin. deest finis.

Porphyrii in Ptolemæi Harmonica Comm.

Plutarchi de Musica.

Subjicitur Erotesis quædam contra Arrianos, quamobrem neque plura, neque pauciora numero sint Evangelia. Finis deest. B

XXX. Pap. Definitiones Theologicæ & Philosophicæ anonymi juxta ordinem alphabeti: deest principium.

Incipit a littera B. prope finem & desinit in litera Ψ cujus reliqua quære ad finem.

Pauca quædam de tempore Baptismi, Passionis & Crucifixionis Christi, & de hebdomada Tyrophagi: cui subnectuntur Grammatica quædam, & Prosodica.

S. P. N. Cyrilli Archiep. Alexandrini lexicon secundum ordinem alphabeti.

Subjicitur computus Paschalis ab anno 6865. ad 6875. C

Prophetia septem Sapientum, qui prophetarunt in templo deæ Minervæ: quorum nomina sunt hæc, Titan, Thias (forte legendum Bias.) Polo, Chilo, Thucydides, Tenander & Plato; qui quidem septem Sapientes consuluerunt Apollinem rogantes ut prophetaret ipsis prophetias.

Methodus Josephi & Commmentarius ipsius, ex chronicis, qua ratione compositum sit Psalterium, & psalmi editi, & de libris, qui in scripturis memorantur, nec reperiuntur; & quid David in fine fecerit, quotve & quo tempore Psalterium interpretati sunt. D

Versus quidam Politici super illud, *Domine Jesu Christe Deus noster miserere nobis.*

Quædam de jejunio & ratione victus in festis Græcorum, sine principio.

Menologium insignium festorum, & de jejuniis & eorum solutionibus.

Interrogatio fratris cujusdam ad Senem & ad eandem Responsio: finis deest.

XXXI. Pap. Apomnemoneumata, sive sententiæ memorabiles e diversis Poëtis, Oratoribusque, & tum externis, tum sacris literis, Capitibus LXXI. Ultimæ duæ paginæ nova manu suppletæ sunt. Initio sed alia manu leguntur hæc, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & vere superbenedictæ Dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ tempore Imperii piissimi, & D. G. coronati Alexii Imperatoris Græcorum Comneni & Euphrosinæ Religiosissimæ Augustæ.* E

XXXII. Mixto. Philostrati Heroica. Icones in papyro nova manu.

Themistii Paraphrasis in primum & secundum librum Analyticorum posteriorum: extremæ paginæ nova manu suppletæ & præmittitur Menandri & Philistionis Dialogismus versibus Iambicis.

XXXIII. Pap. Hieroclis commentarius in aurea carmina Pythagoræ manu Michaëlis Apostolæ Constantinopolitani, quem librum inter alios se scripsisse dicit mercede in Creta insula, post captam patriam, mendicantem.

Hephæstionis Enchiridion.

Tetrasticha diversis metris de S. Virgine.

Cardinalis Bessarionis ad Plethonem.

De virtutibus & vitiis.

Sufficientia quatuor virtutum secundum sapientissimum Plethonem.

Subjicitur oratio quædam ad Deum.

Epistolæ quædam quarum prima ad Bessarionem: secunda Bessarionis ad Andronicum Callisti. Ejusdem ad Michaëlem Apostolem. Nicolai Secundini ad Andronicum Callisti.

Defensio quædam Plethonis adversus ejus accusatorem, sine titulo.

Apologia pro Theodoro adversus Plethonem, sine titulo.

De processione Spiritus Sancti Tractatus, sine titulo: forte ipsius Bessarionis.

Ciceronis Cato Major, sive de senectute a Theodoro Gaza in Græcam linguam conversus.

Subjiciuntur versus de Deo qui Erytreæ Sibyllæ tribuuntur: in fine hæc leguntur:

Finem accepit hic liber manu mei Antonii Mediolanensis, qui Cres quoque genere dici possum, propterea quod parentes mei primum Cretam incoluerunt, atque ipse postea in eadem natus, altus, educatusque sum, & ejusdem insulæ privilegiis æque atque alii Cretenses fruar, absque eo quod mendax sim.

Liber Laurentii & Joannis Petri Francisci de Medicis.

PLUTEUS LIX.

Scriptores Græci.

I. Msc. pap. Platonis Philosophiæ Principis opera omnia cum scholiis quibusdam antiquis ad oram libri.

Initio libri præmittuntur ista, videlicet:

Vita Platonis conscripta a Laërtio Diogene.

Albini Isagoge, seu prologus in Platonis librum.

Theonis Smyrnæi Platonici de Mathematicis utilibus ad lectionem Platonis.

Alcinoi Sermo Didascalicus, sive epitome de placitis Platonis.

Plutarchi dialogus de Musica, in quo interloquuntur Onesicrates, Sotericus, Lysias.

Post Phædrum inseruntur Pythagoræ Samii aurea carmina, & Timæi Locri de anima, mundo, & natura; & Plutarchi epitome de animæ generatione in Timæo.

II. Membr. antiq. Eustathii scholiorum, seu commentariorum in Homeri Iliada: pars prima ab A usque ad I, cum adnotationibus ad oram libri.

Batrachomyomachia alia manu in fine additur.

III. Ms. membr. & antiq. Eustathii Maistoros Rhetorum, qui postea Thessalonicæ fuit enarratio in posteriores XV. libros Homeri Iliados, sive pars II. cum adnotationibus: desunt nonnulla in fine.

IV. Pap. Demosthenis Orationes aliquot, videlicet:

Paragraphe contra Nausimachum, & Xenopithen.

Adversus Spudian pro dote. De corona Trierarchiæ contra Olympiodorum * damni dati. Ejusdem orationes Paragraphicæ adversus Xenothemin. Pro Phormione. Contra Dionysodorum damni dati, contra Bœotum de nomine, contra Bœotum de morte materna, contra Nicostratum, contra Neæram Amatoria. Ephesis contra Eubuliden, Endixis contra Theocrinum, contra Polyclem de Epitricarchemate, & contra Ahoënippum de Antidosi

V. Membr. Variorum sapientum Epistolæ, videlicet:

Thaletis.
Pittaci.
Anacharsidis.
Archytæ.
Pisistrati.
Cleobuli.
Epimenidis.
Pythagoræ.
Solonis.
Periandri.
Pherecydis.
Lysidis.
Chilonis.
Thrasybuli.
Anaximenis.

Sequuntur Epistolæ Regis Regum magni Artaxerxis ad Poetum, & Poeti ad eumdem.

Ejusdem Artaxerxis ad Ystanem Hellesponti Præfectum, & ad Hippocratem ex Asclepiadarum familia.

Hippocratis Epistolæ X. cum una Democriti ad Hippocratem.

Platonis XIII. Phalaridis CL. cum una Abaridis ad Phalaridem.

Mitridatis collectio Epistolarum Bruti LXX.

Æschinis Rhetoris XII.

Alciphronis Rhetoris Epistolæ amatoriæ, & meretriciæ libris II.

Subjiciuntur varia genera Epistolarum exercitationis caussa veluti consolatoriæ, narratoriæ, laudatoriæ.

VI. Membr. Eusthatii Maistoros Rhetorum postea Thessalonicensis Parecbolæ Scholiorum in Odysseam.

VII. Membr. Scholia e diversis Technographis, sive artis scriptoribus in Hermogenis Rhetoricam. Scholiastæ sunt Syrianus, Marcellinus, Sopater.

Magnæ insunt pluribus in locis lacunæ.

VIII. Membr. Demosthenis orationes: incipit ab Olynthiacis: desinit in funebri oratione in eos, qui opem tulerunt Corinthiis, & Epistola Philippi cum vita ipsius Demosthenis, & Libanio in eamdem, & argumentis singularium orationum. Distichum legitur in laudem Demosthenis Latine redditum, scriptumque a Lapo.

IX. Membr. Demosthenis orationes, videlicet:

De falsa legatione contra Midiam de pugno, contra Aristocratem, contra Androtionem legum violatarum, contra Timocratem legum violatarum, & contra Aristogitonem; cum scholiis antiquis quibusdam ad oram libri: prima oratio ex parte nova manu suppletur.

X. Pap. Demosthenis orationes variæ: incipiunt ab Epistola Philippi, & ab orationibus symbuleuticis, quarum prima περὶ συντάξεως: desinit in orationem secundam contra Aristogitonem. Præmittitur præfatio Libanii in Demost. & argumenta aliquot orationum.

Aristidis orationes contra Platonem pro Rhetorica, & Encomiasticæ aliquot ejusdem, & Agonisticæ cum argumentis earundem: ultima contra accusantes quod non declamaret. Præmittuntur Iambica in Aristidem contradicentem Platoni: omnia cum scholiis & glossis interlinearibus: finis deest.

XI. Pap. Dionysii Halicarnassei Methodus orationum panegyricarum, nuptialium, genethliacarum, epithalamicarum, prosphoneticarum, sepulchralium, exhortatoriarum ad Athletas.

Ejusdem de imitatione, & de compositione nominum ad Rufum Metilium.

Demetrii Phalerei Perihermenias, hoc est de interpretatione.

Apsini Rhetoris de prooemiis, & aliis partibus Rhetoricæ, & de figuratis quæstionibus.

Minuciani de Epicherematis, & ut in alio exemplari dicitur, Nicagoræ.

De idea simplicis orationis, sine titulo, forte Hermogenis.

Menandri Rhetoris divisio generum orationis demonstrativæ. Codex absolutus manu Nicodemi Monachi peccatoris, ope & sumtibus nobilissimi Tzulii Romani mens. Januar. XXVII.

XII. Pap. Epistolæ variæ cujusdam Sanctissimi Atheniensium Episcopi cum Protheoria anonymi in easdem: earum prima inscribitur ad fratrem suum D. Nicetam Choniaten. 2. 4. 6. ad Thessalonicensem D. Eustathium numero 10. est ejusdem encomium in B. Archiepiscopum Choniaten D. Nicetam.

Numero 11. oratio tradita cuidam Rhetori in sanctissimum Patriarcham D. Michaëlem.

Numero 12. oratio quando primum Athenas ingressus est.

Numero 13. homilia habita tertia dominica jejuniorum, in qua venerabilis, & vivifica crux proposita adoratur, cui adjicitur alia in festo Palmarum.

Acclamatio ad Prætorem D. Nicephorum * Prosuchen, Athenas ingredientem.

Ejusdem Epistolæ XIV. quarum prima ad D. Michaëlem . . . . ad Patriarcham D. Theodosium.

Oratio in S. Hieromartyrem Leonidam, & socios ejus.

Prosphonema, seu acclamatio in Prætorem D. Demetrium Athenas ingredientem.

Epistolæ aliæ XIX. quarum prima novo Patri, & Hypertimo D. Euthymio: ultima ad D. Michaëlem.

Homilia in adventu ipsius ad Euripum, qui est juxta Eubœam.

Threnodia super beatæ memoriæ viro D. Theophylacto.

Oratio encomiastica in Imperatorem D. Isaacum Angelum.

Epistolæ aliæ XI. prima ad Prætorem D. Nicolaum Tripsychon: ultima ad D. Basilium Pieridam Logariastem, sive a rationibus Prætorii.

Oratio funebris in Archimandritam Athe-

niensis Monasterii D. Neophytum.

Monodia in sanctissimum Thessalonicæ D. Eustathium.

Epistolæ VIII. quarum prima ad Magnum Logothetam Belissariotem : ultima ad Magnum Ducam cognomento Stryphnum.

Hypomnesticum in Imperatorem D. Alexium Comnenum.

Epistolæ aliæ XVI. prima ad Patriarcham D. Georgium Xiphilinum : ultima ad D. Joannem Oenopont.

Prosphonema ad D. Basilium Camaterum.

Epistolæ aliæ X. prima novo Patri, &c. ultima ad D. Georgium.

Prosphonema in Magnum Ducam Stryphnum : & post duas ipsius Epistolas ad Consobrinum ipsius D. Michaëlem, sequuntur.

Epistolæ XII. quas scripsit ab insula Ceo : harum prima est ad Thebarum præsulem D. Manuel : ultima ad sanctissimum D. Archiepiscopum Lucam.

Monodia in fratrem suum D. Nicetam Choniaten.

Epistolæ LXXXVIII. prima ad D. Euthymium Torricen, ultima sine titulo.

Sermones animi, & corporis cum Protheoria in principio, & in fine sententia prolata a Judicibus.

Ejusdem scheda, cui interseruntur quidam senarii ad Deum.

Ejusdem Atheniensis Episcopi Lusus Theano inscriptus versibus heroicis, cum epigrammatis in sanctissimam Virginem, in Crucifixionem, in Angelos, &c. horum carminum pagina una præpostere posita.

Exordia diversarum Epistolarum.

Beatissimi Bulgariæ D. Theophylacti Epistolæ LXXVI.

Ejusdem ad suos discipulos immodestos.

Oratio in fratrem Eunuchum cum senariis in eandem, & argumentum orationis.

Ejusdem ad Porphyrog. D. Constantinum, & ejusdem libellus Isaacii.

Ejusdem ad Imperatorem Alexium.

XIII. Pap. Enarrationes in Evangelium de iis, quæ gesta sunt post Christi resurrectionem, sine titulo & fine.

Enarrationes utiles sacræ secundum interrogationem & responsionem.

Colloquium Christiani cum Judæo.

Descriptiones quædam Physiologicæ animalium, quibus subjicitur descriptio falsarum calumniarum in Sanctum Chrysostomum circa suam depositionem.

De reptilibus, piscibus & volatilibus, adnectitur alia manu cursus Lunæ Decemnovennalis.

Historica quædam, sive compendium Historiarum Romanorum Imperatorum a Julio Cæsare ad Nicephorum Botaniaten.

Eulogii Papæ Alexandrini de hæresi sui temporis Bogomilorum, & narratio de impio Basilio cum excerptis e Theodoreto Episcopo Cyri in Levitic. Deuteronom. Jesum Nave. De causis obscuritatis veteris Testamenti. Dei nomina. De traditionibus, seu versionibus divinæ Scripturæ, & Catalogus Imperatorum Romanorum a Constantino Magno ad ultimum Constantinum, & Catalogus Patriarcharum Hierosolymitanorum, Antiochenorum, A Alexandrinorum, Romanorum & Constantinopolitanorum : deest principium.

S. P. N. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini interpretationes & solutiones ad dubitationes quasdam sacræ scripturæ longe utilissimæ cap. CXXXV. quibus subjiciuntur quæstiones, & solutiones sacræ capitibus XV. & orationes S. Patriarchæ D. Marci, & Beatæ Mariæ Ægyptiæ.

Expositio fidei.

Preces sacræ Critopuli Imbrii, item Eugenici : Joannis in S. Triadem, & in Spiritum Sanctum, & alia in unum Deum Trishypostaton, in supersanctam Deiparam, & S. Joan- B nem Chrysostomum, & luminare mundi : Sequuntur.

Excerpta e contemplativis, & amatoriis precibus B. Augustini Episcopi Hipponensis, quænam dixerit anima sola ad Deum solum : de inenarrabili dulcedine Dei, quas preces in Linguam* Græcam convertit D. Demetrius Cydones, & has invenit in Italia D. Marcus Eugenicus Ephesinus.

Tractatus, sive Epistola scripta mens. Augusto, indict. 10. (*sic*) inscripta : Maximus Dei misericordia Patriarcha Christianorum, qui ubique sunt, Orthodoxorum, piis Christianis, qui sub nobis sunt, universis.

C Preces ad D. N. J. Christum, & sanctissimam Deiparam sanctissimi, & sapientissimi & Oecumenici Patriarchæ D. Marci.

S. Maximi de anima.

De Simone Mago, & de Sergio.

De significatione sacrarum ceremoniarum, & instrumentorum Ecclesiasticæ liturgiæ Græcæ : deest finis.

Vita, & gesta SS. & gloriosorum, & pietatis amantium Magnorum Imperatorum Constantini, & Helenæ, & manifestatio venerabilis, & vivificæ Crucis D. N. J. C.

Vita, & gesta B. P. N. Germani Fundatoris venerab. Monasterii Cosenitzæ. Liber D Ludovici Boccatelli.

XIV. Pap. Quædam medica circa partem prognosticam, sine principio : primum caput legitur de Decubitu : ultimum de interitu morbi, & de signis universalibus.

S. P. N. Gregorii Thaumaturgi Theologia, sive professio fidei.

Scholia in prænotationes Hippocratis excerpta ab ore Stephani Philosophi.

Galeni de typis.

Sequitur initium Scholiorum in Aphorismos Hippocratis, cæterum desiderantur integra scholia.

Galeni commentarius in librum Hippocra- E tis de natura hominis libri II.

Ejusdem in librum Hippocratis de dieta hygiina. Philareti tractatus de pulsibus.

Galeni Synopsis proprii tractatus de pulsibus, & de unitorum diaplasi.

Scholia in Hippocratis librum de natura pueri exceptus ab ore Joannis, finis deest.

XV. Membr. Dionysii Halicarnassei de compositione nominum.

Ejusdem Lysias, Isocrates, Isæus, Dinarchus imperfectus, cæteræ vitæ desunt.

Flavii Philostrati ad illustrissimum Hypatum, seu Consulem Antonium Gordianum.

Vitæ

Vitæ Sophistarum, desinit in Philisto: videtur aliquid deesse in fine.

Callistrati ecphrases, seu descriptiones IV. Prima in Satyrum: ultima in statuam Narcissi.

Aristidis oratio ad Imperatorem Lalia, sive sermo in laudem Æsculapii, in Jovem, in Ægeum pelagus, in Serapin: finis deest.

XVI. Membr. S. P. N. Cyrilli Archiepiscopi Alexandriæ lexicum juxta ordinem literarum.

Aliud lexicon juxta ordinem literarum.

Subjiciuntur opuscula quædam, videlicet:

Tractatus adverbiorum.

Tractatus constructionum cum verbis juxta ordinem literarum.

Nomina Canonis Tyrophagi.

Nomina ventorum, mensium Ægyptiorum, atque Græcorum, Hebræorumque.

Epitheta Jovis, Neptuni, Martis, aliorumque Deorum.

Catalogus nominum secundum alphab. in εία, vel ία desinentium.

Catalogus eorum nominum, quæ contrahunt, vel servant quasdam syllabas in genitivo.

Tractatus eorum nominum, quæ desinunt in ότερος juxta alphab.

Catalogus eorum, quæ desinunt in έον.

Nomina Hebraïca quemadmodum a Græcis scribuntur.

De masculinis desinentibus in ων & declinantur, & eorum derivatis, & de nominibus, quæ desinunt in ίος, vel ειος, &c.

XVII. Pap. Excerpta e libro primo spiritualium Heronis Alexandrini, & e libro Theophrasti de igne, quibus subjiciuntur alia manu fragmenta, de insomniis speciosis primum, alterum de colonia Phocensium in Marsiliam deducta e Chronographia Agathiæ, & de Francis.

Versus Anacreontici Politici instar Exomologeseos divinissimi & sapientissimi Joannis Comneni Zozopolitani.

Autoritates diversæ Patrum, & Conciliorum collectæ ad demonstrandum quod Spiritus sit etiam ex Filio.

Tomus, sive codex expositus a Divina & Sacra Synodo congregata adversus sentientes cum Barlaam & Acyndino, sub imperio piorum, & orthodoxorum Imperatorum nostrorum Matthæi Cantacuzeni, & Joannis Palæologi cum Confessione orthodoxæ fidei exposita a sacratissimo Metropolita Thessalonicæ D. Gregorio Palama.

Legales quædam Scholicæ adnotationes, quorum titulus de mutua pecunia, & Danistis.

Cydonæ oratio pro Latinis solvens argumenta, quæ affert pro Græcis, contra syllogismos Thomæ, Cabasilas in libro contra Latinos, deest aliquid in fine.

Dictionarium Græcum: incipit a litera κ usque ad χ in verbo χρόνος.

Fragmentum Grammaticum de variis desinentiis adverbiorum, & fragmentum Domini Maximi Planudis.

De modis Atticis loquendi.

Concodrii, sive Cocondrii (utroque enim modo reperitur) de tropis.

Sapientissimi & doctissimi D. Manuel Moschopuli de passionibus dictionum, & Lesbonactis de figuris, seu schematibus XXII. & inde spiritibus.

Tom. I.

Sententiæ quædam Diæteticæ, seu de ratione victus, deest aliquid in fine.

Agapeti Diaconi ad Justinianum Imperatorem scheda.

Marci Antonini e vita ipsius.

Pselli dialogus, qui Timotheus, seu de Dæmonibus inscribitur.

Homeri carmina quædam de morte Patrocli.

Domini Georgii Phobeni Dicatophylacis explicationes quarumdam rerum difficilium, & quæ dupliciter intelliguntur, vel dubitantur in legibus, caput primum de hypobolo: ultimum de circulo qui contingit in fisco, & dote, &c.

Expositio nova quomodo scribit nunc Patriarcha Constantinopolitanus Papæ, & reliquis Patriarchis, & Archiep. atque etiam Metropolitanis, & sæcularibus Principibus gubernantibus, a quodam Lascari Mitylenensis filio composita ut in fine ex adnotatione ad marginem colligitur.

Inscriptiones quædam Græcæ inventæ Smyrnæ, Sardibus in Phocæa secundum Ioniam, in Cuma Æolidæ, in Insula Chio, Cizyci, Athenis, Thrallis, & epigrammata sepulchralia in Hesiodum, Livium, Orpheum, Musæum & Oppianum, & in laudem Ptolemæi Astronomi, literis majusculis.

Sexti Empirici adversus Astrologos.

Sermo Antitheticus adversus Plotinum, tractatus satis bonus.

Simocatæ Epistolæ morales & rusticanæ. Prima est critica adversus Plotinum.

Porphyrii Isagoge de V. vocibus cum protheoria & scholiis; & X. Categoriæ Aristotelis cum scholiis.

Fragmentum legale de dote, & antenuptiali donatione, &c.

Initio codicis est Psalmus primus carmine versus ab Apollinari cum glossis interlin. & Platonis leges de iis quæ sint timenda, versibus iambicis, & alii iambici de Medico: ad medi. . . . (qui forte Philis) & de muliere loquaci & taciturna, & ad judicem.

XVIII. Pap. Chrysoloræ comparatio veteris & novæ Romæ.

XIX. Pap. Demosthenis orationes aliquæ, videlicet Olynthiacæ III. adversus Philippum I. de pace, Philippica II. de Halonesо, quæ in inscriptione adnotatur non esse Demosthenis. De iis quæ in Cherroneso, Phiiippica III. & IV. adversus Epistolam Philippi. De Syntaxi, sive de copiis parandis deliberativa. De classibus. Pro Megalopolitanis, pro libertate Rhodiorum. De conditionibus & pactis cum Alexandro. De corona, de falsa legatione adversus Æschinem. De immunitate adversus Leptinem. Pars orationis contra Androtionem, adversus Midiam de pugna, adversus Aristocratem, adversus Timocratem: majori ex parte nova manu suppleta cum schol. & argumentis quarumdam orationum in principio.

XX. Pap. Apomnemoneumata e diversis Poëtis & Oratoribus, tum externis, tum sacris, capitibus LXXI: quorum primum de vitæ virtute & vitiositate, ultimum de tolerantia & longanimitate.

Codex mercede scriptus a Michaële Apostole post captam patriam in Insula Creta.

XXI. Pap. Epistola scripta a civitate Suedrorum Pamphyliæ a Tarasino (Gesner. Tarsianum vocat) & Matidio, & aliis Presbyteris ad S. Epiphanium petentibus de fide, de Patre, Filio & Spiritu-Sancto, & aliis partibus ejusdem fidei. A

Alia Epistola scripta a Palladio in eadem civitate Suedrorum ad eumdem. Epiphanio petente & ipso de iisdem.

Antepistola, seu responsio . . . . . ad ipsos missa a S. Epiphanio, quæ universam de fide doctrinam, quam petebant, complectitur, finis desideratur, & præmittitur vita ipsius Epiphanii.

IV. De Arithmetica Nicomachi Iſagoge, quæ complectitur, & de Arithmetica ſcientia, & de Geometria, & de Muſica apud Pythagoreos.

XXX. Pap Joannis Damaſceni Monachi compendium Philoſophiæ ad Beatiſſimum & a Deo honoratum Coſmam Sanctiſſimum Epiſc. Majumæ capitibus LXVIII.

Ejuſdem traditio accurata Orthodoxæ fidei cap. CIV. paginæ aliquot in principio & fine recenti manu ſuppletæ ſunt.

XXXI. Pap. Nicephori Monachi & Presbyteri Monaſterii Creatoris epitome iſagogica de naturalibus cauſſis & de iis, quæ fiunt in ſublimi: primæ paginæ 5 nova manu ſuppletæ ſunt. Capitibus XXXII.

XXXII. Pap. Ocelli Lucani de natura univerſi, ſeu de univerſitate libellus.

XXXIII. Pap. Oppiani Halieutica, ſive de piſcibus libri V. cum vita Poëtæ in principio & gloſſ. interlin. deeſt tamen aliquid in fine.

PLUTEUS LXXXVII.

Sriptores Græci.

I. Pap. Ariſtotelis de hiſtoria animalium & de generatione eorumdem.

II. Impr. pap. Ariſtot. hiſtoria animalium libris X.

De partibus animalium lib. IV.
De animalium inceſſu lib. I.
De anima lib. III.
De ſenſu & ſenſilibus lib. I.
De memoria & reminiſcentia I.
De ſomno & vigilia I.
De inſomniis I.
De vaticinatione per ſomnium I.
De motu animalium I.
De generatione animalium I.
De longitudine & brevit. vitæ I.
De juventute, & ſenectute, & vita & morte I.
De reſpiratione I.
De ſpiritu I.
De coloribus I.
De Phyſiognomica I.
De mirabil. auditionibus I.
De Xenophane, Zenone & Gorgia I.
De individuis lineis I.
Theophraſti de piſcibus.
De vertiginibus.
De laxitudinibus.
De odoribus.
De ſudoribus.

In fine eſt fragmentum lib. XX. Ariſtot. de animalium hiſtoria, quorum initium προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας Initio eſt Epiſtola Latina Aldi Manutii Romani ad Albertum Pium Principem Carpenſem.

Codex impreſſus Venetiis in ædibus Aldi Manutii menſe Januarii 29. 1497.

III. Membr. bon. Plotini Enneades cum adnotationibus marginalibus Marſilii Ficini & vita ejuſdem Plotini in principio, ſcripta a Porphyrio. Videtur eſſe idem Plotinus, quo Marſilius uſus eſt in transferendo e Græca lingua in Latin. Priores duæ paginæ continent fragmentum quoddam lib. primi Ariſtot. de

de generatione animalium cum schol. & in fine codicis subnectitur fragmentum, de lumine & tractatus quidam de sensu & memoria.

IV. Pap. Aristotelis opera quædam, videlicet:

De animalium generatione libri V.

De historia animalium priores libri VIII.

Problemata Physica collectionis forma.

De animalium incessu.

De sensu & sensilibus.

De motu animalium.

De senectute & juventute, vita, morte & respiratione.

Aristotelis Physica.

V. Pap. Aristotelis physica cum commentariis: deest principium, in fine leguntur versus quidam heroïci in laudem libri, qui inscriptionem præferunt Georgii Pachymeræ.

VI. Membr. Aristot. Physicorum liber quartus cum commentario.

VII. Bomb. antiq. Aristotelis Physica auditio.

De cœlo & mundo.

De generatione & corruptione.

Meteorologicorum libri.

VIII. Ms. membr. optim. Artemidori * Daldiani ad Cassium Maximum oneirocritica, sive de somniorum interpretatione libri IV. quintus inscribitur Artemidoro filio: finis nova manu suppletus.

IX. Pap. Alexandri Aphrodisiei commentarius in Aristot. Meteorologica.

X. Pap. Aristotelis Physica auditio & de ortu & interitu.

Septem priores libri (*sic*) hujus paginæ cum scholiis: cæteræ nova manu sine scholiis.

Synopsis quatuor disciplinarum Philosophicarum, sive syntagma synopticum Philosophiæ, sive Logicæ, Arithmeticæ, Geometriæ & Astronomiæ compendium Gregorii Monachi, sententiæ de anima, forte ejusdem authoris.

Aphthonii Sophistæ progymnasmata, seu præexercitationes cum schol. & gloss. interlin.

Quædam de metris & figuris. De soloecismo e Polybio Sardiano & alia grammatica.

Astronomica quædam de Phænomenis.

Pythagorica quæ vocantur carmina, sive elementa absolutissimæ Pythagoreorum Philosophiæ.

Excerpta ex Hesiodi operibus & diebus, & ex Lycophrone. Initio præponitur quadratio Lunularum Hippocratis Chii.

XI. Pap. Aristotel. opera quædam, videlicet:

De Physico auditu libri VIII.

De cœlo IV.

De ortu & interitu II.

Meteorologicorum IV.

Parva naturalia quorum primum de sensu & sensilibus: ultimum de respiratione. Videtur scriptus hic codex manu Joann. Rhosi.

XII. Membr. Aristotelis Metaphysica sive postnaturalia cum commentario Alexandri Aphrodisiei, nova manu ex bona parte suppleta.

XIII. Pap. Quædam ex libro Aristotelis de mundo, de anima, Physica, Meteorolog. Moral. Theolog. Dialectic. cum tabulis methodicis ad finem, cum schol. & gloss. interlin. in iis quæ sunt ex Aristotele de cœlo & de anima.

A Quædam prolegomena in Philosophiam & Logica quædam.

Quædam in categorias Aristotelis & alia Logica: finis deest.

XIV. Pap. Aristotelis de mundo.

Joannis Damasceni Physica quædam.

Isocratis encomium Helenæ, Evagoras, vel Nicocles, Busiris, Panegyricus, Archidamus, adversus Sophistas, Philippus, Panathenaicus, de Antidosi, & excerpta ex oratione de pace.

Palæmonis Sophistæ in Callimachum & Cynægyrum & alia, contraria declamatio pro

B patre Callimachi.

Theophrasti Characteres quorum primus de Ironia.

Philostrati pauca quædam de Epistolico charactere.

XV. Pap. Aristot. Physicæ quæstiones in collectionis formam redactæ.

XVI. Pap. Aristot. de universitate ad Alex. Regem: adjectum est in fine tetrastichum iambicum in laudem libri.

Præcepta brevia de sanitate tuenda versibus senariis.

Schedula quædam in illud, ego dormio & cor meum vigilat.

C Definitio Gnomonis e 28. libro Euclidis & quotupliciter caussa dicatur: ubi assignantur septem genera caussarum.

De XII. signis Zodiaci & quorum planetarum sint.

Methodus 4. literarum civilium de inventione Cycli Solis & Lunæ, & de Pascha & Carnisprivio: de numero dierum, quibus jejunia celebrantur Sanctorum Apostolorum, finis deest.

Notitia de fundamentis & Cyclis Lunæ, Solisque, similiter & de indictione & bisexto.

Porphyrii introductio literis rubricatis exarata: cui adnectuntur categoriæ Aristot. simi-

D liter in primis paginis tantum perihermenias, Analytica priora.

Doctissimi viri Sabæ ad sapientissimum Blemmiden Epist. cum suprascriptione in fine.

Georgii cognomento Chœrobosci de tropis poëticis.

Dni. Nicephori Blemmidæ Monachi & Presbyteri compendium Isagogicum Physicæ lib. II. quorum primus Logicæ, secundus Physicæ; ejusdem de fide liber tertius qui antecedentibus adjicitur.

Versus Senarii de Arii dogmate.

Aristot. de Physico auditu libri VIII.

Versus Senarii quibus continetur catalogus

E (fortè Nicephori Callisti Xanthopuli) christianorum imperatorum, & Patriarcharum novæ Romæ cum adnotationibus, quibus anni eorumdem, & Concilia temporibus ipsorum facta adnotantur. Ultimus imperatorum hic nominatur Michaël Palæologus III. Andronici Pater, & Patriarcharum ultimi duo Isidorus e Thessalia, & Callistus.

Canones Paschales, sive de ratione inveniendi legitimum pascha, scripti ut apparet anno 6781.

Beatissimi Pselli de motu anni, & cyclis solis & lunæ, eclipsibus ipsorum, & inventione Paschæ, cui adnectitur secundus liber de anni indictione.

Anonymi de Consanguinitatis gradibus cum tabulis.

S. Gregorii Theologi Epistolæ V. quarum prima ad .... & Basilii IV.

E Diogene Laërtio Apophthegmata, & mulierum quarundam Gæcarum sententiæ.

Septem sapientum sententiæ carmine heroïco.

Posidippi, sive ut alii aiunt, Platonis Comici de variis vitæ conditionibus dehortatio, & Metrodori in idem argumentum à contrario.

Cassiani præcepta moralia, & de Monachis vers.senariis.

Euclidis elementorum liber primus; in fine quædam paginæ nova manu suppletæ.

XVII. Pap. Aristot. de Cœlo. De ortu, & interitu. De mundo. De moribus, de anima. De incessu animalium. Moralibus præmittitur quædam Scheda Georgii Amerutzæ Philosophi, quod intellectus non sit communis omnium hominum,ut quidam existimant sensisse Aristotelem.

D. Thomæ enarratio in tractat. Aristot. de anima e Latino in græcum conversa a Georgio Scholario.Librarius totam omisit exscribere,nam quatuor ultimæ paginæ vacant, & præpostero ordine interjecta sunt quædam e libro Plutarchi qui hunc excipit.

Plutarchi de placitis philosophorum-Platonis Euthyphron sive de sancto, & ejusdem apologia Socratis. Codex pluribus in locis nova manu interpolatus.

XVIII. Pap.Aristot. Metaphysica libri XIII.

XIX. Pap. Aristot. Metaphysica lib. ut supra XIII.

XX. Pap.Ejusdem de anima cum gloss. interl. & scholiis.

Themistii in libros de anima sive principio paraphrasis.Aristot. parva naturalia cum schol. brevibus.

Theophrasti de sensibus.

Prisciani Philosophi Lydi Metaphrasis Theophrasti de phantasia, & de sensu.

Theophrasti de Igne.

Aristotel. de cœlo libri IV.

Honoratissimi & sapientissimi Domini Michaëlis Pselli sermo de dæmonibus utrum corporis expertes, an corporei sint. Item & de Angelis, & an discrimen intersit inter eorum corpora & dæmonum.

Themistii paraphrasis in Aristot. de Physico auditu imperfectus. Aristot. naturales quæstiones, seu Physica problemata.

XXI. Memb. Aristotel. de sensibus, & sensilibus.De memoria,& reminiscentia & divinatione per somnium; de somno, & vigilia. De insomniis, & phantasmatibus. De motu animalium & de individuis lineis.

Compendium dogmatum de Spiritus Sancti Processione, e sacris literis à SS.PP.Doctoribus atque Philosophis compositum à Nicolao Hydruntino, quod postea in latinum sermonem conversum Constantinopoli jussu Domini Benedicti Cardinalis, & L. T. tunc Innoc. III. P. R. finis desideratur.

XXII. Pap. Aristotelis de anima.

XXIII. Pap. Aristotelis de anima cum prolegomenis ad finem.

Themistii paraphrasis in librum primum de anima.

A Aristot.de ortu, & interitu; adnotatur in fine codicem descriptum esse à valde corrupto exemplari.

XXIV. Memb. cod. antiq. Aristot. de Physico auditu liber sextus, septimus, octavus.

XXV. Memb. cod. antiq. Aristot. de anima libri III.

Themistii in libros Aristor. de anima paraphrasis.

Ad finem adjectum est epigramma ejusdem Themistii, quando præfectus creatus est ab Imperatore Juliano.

XXVI. Pap. cod. ant. Aristot. Meteorologica & Metaphysica, sive de prima Philosophia cum scholiis quibusdam Græcis, & B alicubi Latinis quæ videntur esse Philelphi.

XXVII. Membr. Aristotelis de historia animalium.

PLUTEUS LXXXVIII.

SCRIPTORES HEBRAÏCI.

I. Excerpta ex omni argumento minime passivo, aut obvio : Opus Amami Schab.... oddin. Ahmed .... in his politica moralia, Physica, & historica, & politioris literaturæ argumenta tractantur, & Arabum Philosophorum, & poëtarum testimoniis illustrantur. C Codex Ms. optime conservatus, nitidissime scriptus & eleganti stylo in folio minori.

II.Grammatica Hebraïca David Kimchi cod. Ms. in-quarto, sed olim impressus Venetiis, Sabionetæ, & alibi.

III. *Liber Radicum.* Lexicum Hebraïcum David Kimchi impressum cum adnotationibus Bachur, seu R. Eliæ Levi Germani, & hæc est altera pars Michlol ejusdem David, Venetiis ..... a creatione.

IV. *More Makor* docens fontem in doctrina: Sententiæ ex libris sacræ scripturæ decerptæ: codex Hebr. Ms. incipit a libro Genesis : D Desinit in lib. IV. Regum.

V. *Liber Radicum* Radak impressum in pergameno,nota impressionis excidit.

VI. *Liber Radicum* Radak Ms. in-folio.

VII. Dictionarium Chaldaïcum Eliæ Levitæ impressum Hyznæ ..... a creatione.

VIII. Typi Conjugationum Hebraïcarum Francisci Wittembergensis : impres. Basileæ 1561. in-folio.

IX. *Regulæ universales*, pronuntiationis : Incipit auxilio, & ope illius, qui ניב labiorum condidit. Codex Hebr. Ms. in pergameno : desiderantur pauca in fine.

X. *Sepher Dicduchim* codex Hebr. impressus E Venetiis in ædibus Bombergianis an. 306. *in*-80. continet grammaticas quatuor Moysis,Kimchi, Eliæ Levitæ Abenezræ, & anonymi Hispani.

XI. Varia opuscula in unum compacta volumen *Meghillat Soterim* liber occultorum. *Meghillat Phurim* lectio sortium Venetiis anno 314. sequuntur expositio Hebr. Ruth an. 329. &c.

XII. Epistolæ familiares variorum incipit, *super stratum meum in noctibus*, Ms. in-80.

XIII.*Liber Boni sensus* Grammatica Hebr.Eliæ Levitæ, *traditio traditionum*,eodem Elia auctore,

expositio legis B. Jahkob. Ben Ascher Bahal Hathurim, est commentarius in Pentateuch. ex Maimonide constructus Venetiis an. 300.

XIV. Epistola Hebr. cujusdam Magistri, qui Hebraïce scribitur *Pheriphith* ad Magistrum Bonettum Bonioannem, cum commentario R. Joseph Ben Scem Jov: Tractatus contra Christianam Religionem, quem *Lapidem Lydium* nuncupari supra diximus no. XVII. Plutei II.

XV. *Radices*, titulus exterior fragmentum collectionis variorum locorum ex Pentateucho & Prophetis: Codex soli authori utilis.

XVI. Formularium instrumentorum. Venetiis anno 312.

XVII. *Epistola excusationum* cod. Hebr. continet varias preces: Sequitur קערת כסף *scutella argentea*, carmen paræneticum Joseph Haazubi ad filium: his nectitur *Epistola excusationum* R. Jadahiak ad R. Salomonem B. Abraham Mſ. in pergam. *in-8*.

XVIII. *Formularium Epistolarum*, seu *Liber Epistolarum*: Codex eleganter scriptus in papyro, varia Epistolarum paradigmata exhibet ad usum illorum qui ab epistolis sunt.

XIX. Epistolæ variorum Hebræorum, his accedit sententiarum excerptum, & Ethica Hebræorum, cui nectitur aliud ex lib. Reblicis, cod. Mſ.

XX. Grammatica Hebraïca Joh. Josahak Antuerpiæ 1574.

XXI. *Expositio verborum* Lexicon Mſ. in Papyro in octavo ad usum tyronum ex Lexicis Eliæ, & Radak collectum; Hebraïcas, Persicas, Arabicas, & Chaldaïcas voces exponit. Codex bonus ad calcem aliquarum vocum βραχυγραφία.

XXII. Linguæ S. Erotemata, quibus accedit veterum de hac re judicium, & catalogus librorum editorum in lingua Hebr. Chald. Arab. Ethiopica, Græca & Latina Michaëlis Neandri Saraniensis Basileæ *in-8o*.

XXIII. Pars Avicennæ: titulus falsus, ex canone Avicennæ, & aliorum Medicorum libris, quibus nectitur tractatus Politicus, & moralis Aristot. inscriptus, & alius Artis magnæ Chymicus ex Arabum officina, titulus Hebraïcus *Mysterium Mysteriorum* Mſ. in charta bombycina *in-8o*.

XXIV. *Liber Meteororum*, Aristot. cum commentario Averrois. In fine: explicit interpretatio tractatus quarti ex libro Meteororum cœli, Philosophi Aristotelis, cum quo explicit ejusdem de hac materia liber die 12ª. mensis Tamuz anno * nongentesimo septuagesimo a creatione, super aquas cum ab urbe Alexandria Ægypti navigarem inter duas insulas Lampadosam & Pantalariam, Deus propter misericordiam suam ad nostras nos reducat domos amen. Sequitur liber de Sensu, seu sensibili, Compendium Averrois, & illud transtulit ex lingua Agar in linguam Heber sapiens R. Philosophus Samuel filius Judæ Hispanus filius Jabbun, anno post millesimum decimo quarto in Neomenia Tamuz. Codex optimæ notæ in pergameno nitidissime scriptus, in folio maximo.

XXV. *Libri magnorum moralium* Aristotelis, cum commentariis Averrois in eodem volumine. Libri de Republica Platonis cum commentario Abu Nassar Alpharabi, quibus nectitur brevis dissertatio de Speciebus animæ.

A Codex nitidissime scriptus, in-folio parvo.

XXVI. *Pars Avicennæ*, titulus falsus: est tractatus Medicus anonymi decerptus ex Canone Avicennæ: Huic nectitur libellus *Portæ Justitiæ* de conjugali convictu, codex diligentissime exaratus in pergameno, in-folio parvo.

XXVII. Epitome libri primi Canonis Avicennæ, usque ad cap. 31. accurate scripta in charta bomb. in-4o.

XXVIII. *De Arithmetica* liber unus, cui nectitur alter de Astronomia R. Jacob Ben Machir Ben Tabbun Haharari. *Figura terræ*, tractatus Geographicus Abrahami Bar Haïa Hispani: Sequuntur Ephemerides Abrahami. Geo-

B graphica Alfragani in epitomen contracta a Jacobo Ben R. Aba. De Astrolabio libri duo. Tractatus de Sphæra R. Isahak Ben Israël ex Arabico in Hebraïcum conversus ab Isahak filio Salomonis Ben Israël. Codex bonus in pergameno nitide scriptus, principium & finis desiderantur, in-fol. parvo.

XXIX. Tractatus Medicus Philosophi Mosis Ben Habidallak Cordubensis ab authore Arabice scriptus; in Hebraïcum conversus est a Moyse B. Tabbun, ut indicat nota amanuensis, ex qua discimus authorem esse Moysen Maiemonidem, qui se filium Habid Hallah servorum Dei appellat: huic nectitur tracta-

C tus de venenis ejusdem Maiemonidis eodem Moyse B. Tabbun filio Samuelis interprete.

XXX. Codex bonus in-4o. in pergameno nitide & eleganter scriptus: continet sequentes tractatus *Tabulæ Astronomicæ* Emmanuelis Ben Jahacob qui Bahal Hachenaphim auctor tabularum κατ' ἐξοχὴν apud suos audit ex Ptolemæo, & Albatenio. Sequuntur Ephemerides Abrah. B. Haïa Hispani.

XXXI. *Opiniones Philosophorum*, Abu Achmad Algazeli: Sequitur disputatio de ultimo fine hominis, ejusque beatitudine authore Abu-Evallid interprete Moyse filio Josue, in charta bombycina. Codex eleganter scriptus, in-folio

D parvo.

XXXII. Organum Aristotelis, ejusdem libri de interpretatione & Analytica. Codex bonus scriptus Ferrariæ a quodam Abrahamo Parisol anno 333. post millesimum quintum a creatione in pergameno.

XXXIII. *Decisiones juris* ex R. Isain Sahadia Salomone Jarchi, & Moyse Maiemonide, & aliis collectæ in charta bombycina.

XXXIV. Organum Aristotelis Averrois editione in Hebraïcum conversum cum libris de interpretatione elenchorum, & analyticis, in charta bombycina.

XXXV. Codex Mſ. in charta bombycina

E charact. Hispano, & mendoso: continet sequentes tractatus:

1. De aromatibus. 2. De herbis, plantis & stirpibus, authore Isaah B. Israëlis, ad calcem legitur:

Finem imposui huic collectioni, quam in gratiam filii mei Judæ confeci, nocte 16ª. mensis Casleu anni centesimi quadragesimi tertii quarti millesimi.

Sequitur tract. de utilitate aquæ cui medicamenta quædam subjiciuntur. Est liber Pharmaceuticus ex variis auctoribus collectus, & vocibus Italicis scatet, unde mendacium in annorum numero arguitur: apparet etiam li-

tura, & consueta fraude quartum millesimum pro quinto fuisse suppositum; cum nec character, nec nomina herbarum tantam præ se ferant antiquitatem.

XXXVI. *Tractatus medicus* de morbis interpr. quodam Judæo de Villanova: nomina morborum, quibus utitur, Græca cum sint omnia, indicant non ex Arabico, ut alii Judæorum libri Medici sed ex vernacula aliqua Europæ lingua exscripta fuisse quæcumque collector iste congessit. In eodem volum. fragmentum de compositione medicamentorum.

XXXVII. Codex nitide scriptus in membr. amplos continet tractatus de morbis in genere & in specie. R. Asaph Hacam, qui & ex R. Johan aliqua se decerpsisse fatetur: sequitur alius tractatus Chirurgicus ejusdem.

XXXVIII. Liber simplicium medicamentorum Hebraicus ex Arabicis scriptoribus decerptus, quare & Arabicis vocibus scatet, mendose scriptus in charta bombyc.

XXXIX. Porphyrii introductio in eodem volumine, Aristotelis de prædicamentis, & de interpretatione libri· Cod. Græcus Ms. in char. bomb. cum notis marginalibus, incipit οὕτως ἀναγκαῖα Χρυσαόρις.

XL. *Liber de alimentis*, in quatuor partes dividitur. Ex eo Lexicon Botanicum colligi posset voces Arabicas ponendo ubi Hebraicæ desunt; ex quo colligitur ex Arabibus suam ille concinnasse rapsodiam.

XLI. *Pretium vini*, seu nobilitas vini. Comment. in Ester Moysis, filii Casin. Cod. impressus Cremonæ an. 319. in-octavo.

XLII. *Liber ponderationis*, liber, inquit Author, mysteriorum sapientiæ per sensus intelligibilis tract. Cabalisticus. Cod. Ms. in 12.

XLIII. *Liber numeri*, tractatus Arithmeticus Cod. Ms. in perg. in 12.

XLIV. *Porta Cœli*. Cod. Heb. impressus. Authore R. Mair Franzono: in eodem volum. liber Cozari ex Arab. Hebraicus factus à R. Juda B. Tabon, & ab eodem Mair editus an. 306. Venet. אבן בחן lapis lydius, alius tamen à tractatu tituli ejusdem, quem supra recensui: in hoc enim Ethica tantum tractantur, de vitæ humanæ recta institutione, Kalonymo Auctore eodem anno impres.

Liber de vanitate mundi, & pretio futuri sæculi editus Venet. eodem anno claudit volumen, *selectæ Margaritæ*, seu selectissimæ margaritarum. Cod. impressus.

XLV. Isagoge Porphyrii. Cod. Heb. Ms. in-quarto.

XLVI. *Tractatus de instrumento*, quod appellatur horologium Auth. Bartholomæo. Cod Ms. in char. bombyc. in-quarto, in eodem volumine quæstiones juris R. Haim Ben Jona.

XLVII. Tract. Medici, & Chirurgici. Cod. Hebr. Ms in char. bomb.

XLVIII. Tract. Medici ex Alpharabio decerpti, apud Arabas scripsisse Author videtur, quare & Hebraïcas voces Arabice explicat.

XLIX. *Liber Medicus*, de morbis in particulari, & hic ex Alpharabio descriptus est, cujus integrum opus de morbis in particulari Ms. penes me.

L. *Generationes Adam*. Codex impressus in-quarto. Cremonæ, apud Vincent. Contem. an. 1556. Chiromantiæ, & Physionomiæ neptias complectitur.

LI. *Liber Neomeniarum*, tractatus Astronomicus, tabulas Cycli solaris, & lunaris complectitur. Cod. Ms. in-quarto, Auth. R. Gamaliele de familia Aba.

LII. Dialectica Messer Leonis Comment. in organum Aristot.

LIII. *Liber intelligentis*. Tabulæ Astronom. R. Jacob ben David, ben Goron. Cod. Heb. Ms. in-quarto, in perg. suppletus alia manu sub initium.

LIV. Aphorismata Hippocratis Comment. R. Judæ B. Samuelis ex Arabico in Hebraïcum conversa ab eodem Juda.

LV. Aristoteles de prædicamentis cum Commentario Aben Rasced. Averrois: in eodem volumine ejusdem organum.

Compendium Topicorum, Authore ben Casfai. Ejusdem summa Elenchorum libri Rhetoricorum Aristotelis; nota Librarii: explicit interpretatio Comment. ben Rusced. in lib. Rhetoricorum per Leonem ben Joab. Amuri. Compendium libri de cœlo & mundo. Cod. Heb. elegantissime exaratus in perg. in-quarto.

LVI. *Libri de Physico auditu*. Cod. similis anteced. nitidissime scriptus in membr.

LVII. Liber Medicus. Cod. Heb. Ms. in-octavo.

PLUTEUS 44. (*sic*)

I. סוד התמונה *Mysterium fidei* tractatus Kabalisticus Abenesræ: in eodem volumine incipit, Kiddusc seu formula laudandi Deum, quam scripsit Moses Remos de Majorica, Confessio bona recitanda ab infirmo in strato suo.

Oratio quam edidit Salomon ben Isahac F. M. Ut Deus nos liberet ab omni pœna: sequuntur aliæ preces, sine nomine authoris. Hæc alia manu. Ecce novellæ decisiones, quas scripsit Doctor Sechiel Joah. ben. Uziel super .... librum præceptorum, quem composuit ille Doctor Hanascia ben Mosis Gallus F.M. librum * samagalii codices tribuunt Mosi b. R. Jakob. Mikottzi. Hispano. Doctores, qui ab Sechiele hujus operis compilatore laudantur, sunt Rasci Isaïas Rescion, Israël Astarlin Veronensis, & Azariel ben Uziel Tarcuck Gallus, qui, & lumen, & columna transmigrationis appellatur. Isaïas Harescion est ille fortasse Isaïas filius Eliæ, qui ex operibus Rambam, & Rasci, & aliorum doctam epitomen Judaïci Juris collegit.

In numeris sequentibus occurrunt varii tractatus de Kabala, qui cum præter hujus ineptæ artis commenta nihil sani contineant, eos consulto prætermisi.

IV. Codex Ms. Turcicus in charta bomb. in-fol. parvo, sine titulo, & nomine authoris, continet Theologiam Arabum de divinis attributis, & in selecta Alcorani loca commentaria quibus elogia Mahometis, & ejus sociorum præmittuntur omnia Turcico metro digesta sunt.

V. Alcoranus nitidissime scriptus in-octavo, sine ulla nota temporis.

VI. Alcoranus elegantissimè scriptus recentiori charact. in charta bomb. in-octavo.

VII. Decisiones Jakub ben Sahid Hali, continet responsa sapientum Arabum ad

ad varios casus Mahomedanitæ Religionis.

VIII. Alcor. Codex optimæ notæ, charactere antiquo Africano eleganter scriptus in perg. & bene conservatus.

Nota Librarii: explicit liber excelsus in quem error cadere non potest, laus Deo die decimo Giamadi secundi an. 621. Egiræ. Hujus codicis ætas superat ann. quadringentos quinquaginta.

IX. Alcoran. Cod. Ms. in quarto in char. bomb. charactere recenti. Nota Amanuensis: Explicit exeunte Ramadan; nec annus, nec nomen Librarii notatur.

XII. Alcor. eleganter scriptus: nota Amanuensis scripsit Sciamseddin Librarius de Hamblan anno 898. Egiræ.

XVII. *Exemplorum liber*, tractatus Ethicus, in quo præcepta quædam adductis illustrium virorum exemplis comprobantur, fabulis scatet. Codex Turcicus, & nitidissimè scriptus in chart. bomb. in quarto.

XX. *De ascendente Geniti.* Titulus Arabicus; sed tractatus Turcicus de genituris, & apotelesmatibus, de diebus fastis, & nefastis, ex Arabum officina in Turcicum sermonem deductus. Cod. nitide scriptus in charta bomb. in 8.

XXI. Preces ex Alcorano decerptæ cum aliis precatiunculis, partim Arabico, partim Turcico sermone digestis, cod. Ms. in charta bomb. in-fol.

De codice pandectarum Mediceo.

Hactenus de Bibliotheca Laurentiana, quæ inter præcipuas Italiæ numeratur, & una excepta Vaticana, cæteris Italicis antefertur. Jam vero restat agendum de codice Pandectarum Mediceo, qui totum per orbem celebratur. Quoniam vero aliis instantibus literariis negotiis per Florentinum otium illum accurate, ut par erat, evolvere mihi non licuit, quæ potiora erant excerpsi ex libro doctissimi viri Henrici Brencmanni cusi Trajecti ad Rhenum anno 1722. quæ hic paucis referam.

Codex ille Pandectarum in Gazophylacio Magni Etruriæ ducis asservatur. Certum est etiam Pisanos in direptione Amalpheos urbis, codicem illum, qui Amalphi servabatur, Pisas transtulisse, idque anno 1135. Unde vero &

A qua occasione Amalphim exportatus fuisset hic codex pariter incertum. Pisas translatæ Pandectæ istic mansere usque ad annum 1406. cum post arctam obsidionem Florentini Pisas cœperunt, ac cum cæteris spoliis Pandectas Florentiam transtulerunt ubi magna, ut ita dicam, religione asservantur. Florentiam deinde multi confluxere etiam que viri primarii, Pandectas dispiciendi causa. Alii etiam varias lectiones inde exceperunt.

Constant autem Pandectæ duobus tomis pene quadratis, ex membranis tenuissimis, quæ aliquot in locis laceræ sunt, literæ in quibusdam foliis pene erasæ ac deletæ, inducto B atramento postea restauratæ. Paginæ in duas dividuntur columnas. Ætas autem manuscripti, qui unciali charactere exaratus est, ex literarum forma videtur ad septimum sæculum posse referri. Ejus vero lectiones etsi magni pretii, non sunt tamen semper aliorum codicum lectionibus præfendæ. In Bibliotheca nostra Sangermanensi Codex Pandectarum est sexcentorum circiter annorum: qui non integras Pandectas refert, & cum Florentinarum Pandectarum cusis libris collatus fuit, lectionesque non semel præ se fert eruditorum judicio meliores. In Bibliotheca item Colbertina, quæ nunc Regiæ adjuncta fuit, est Pandecta- C rum opus tribus tomis comprehensum.

Bibliotheca Camaldulensium B. Mariæ de Angelis Florentiæ.

Origenis in Genesin codex antiquus.

S. Ambrosii codex.

S. Macarii Ægyptii Abbatis Epistola.

S. Bernardi operum codex XIII. sæculi.

Remigii (Antissiodorensis, ut putatur) commentarius in Regulam S. Benedicti.

Alius in eamdem Regulam commentarius acephalus.

Hincmari opuscula descripta anno Christi D 1280. & in eodem codice Martyrologium ipso tempore conscriptum.

Hugonis Magistri de institutione Novitiorum.

Ciceronis quædam.

Horatii carmina.

BIBLIOTHECA
MONASTERII BENEDICTINORUM
BEATÆ MARIÆ FLORENTINÆ.

HORIS successivis dum Florentiæ agerem, codicum Monasterii, cum Græcorum tum Latinorum, qui magno ibi numero sunt, notitiam excepi sequentem.

Græci præstantissimi magna parte sunt:

Psalterium membranaceum XI. sæculi. Aliud ejusdem ætatis membranaceum. Aliud bombycinum XV. sæc.

A Codex membran. ubi Acta Apostolorum & Epistolæ Pauli cum commentariis. Hæc ibi nota legitur: ἐγράφη αὕτη ἡ δέλτος ἰνδ. ιβ. ἔτ. ςυϟβ. διὰ χειρὸς Θεοφυλάκτου πρεσβυτέρου καὶ νομοδιδασκάλου. Id est: *Descriptus est hic liber indictione 12. anno (mundi) 6492. (scilicet Christi 984.) manu Theophylacti Presbyteri & in lege Doctoris.*

Codex bombycinus complectens omnes Novi Testamenti libros, & postea synaxarium

ac breve Menologium. In fine legitur: Χειρὶ ἁμαρτωλȣ̃ κ̀ ἐλαχίϛȣ Μάρκου ἐν ἔτει ,ϛωμ. μηνὶ Δεκεμβρίῳ κή, ἡμέρᾳ β i. *Manu peccatoris & minimi Marci, anno mundi* 6840. (*id est Christi* 1332.) *mensis Decembris* 22. *feria secunda.* In sequenti pagina exstant alphabeta varia Græcorum, quæ cum aliis ejus generis bene multis in Palæographia Græca emissa sunt.

Codex Evangeliorum X. sæculi membranaceus. In fronte Evangelii S. Joannis depingitur idem Joannes dictans Evangelium suum Prochoro discipulo, apposito ad utramque figuram nomine proprio, ἰωάννης, Πρόχορος.

Codex membranaceus Epistolarum & Evangeliorum XI. sæculi.

Codex optimæ notæ XI. sæculi membranaceus, in quo catena in Matthæum ex interpretationibus Anonymi, Apollinarii, Basilii, Chrysostomi, Cyrilli, Eusebii, Gregorii Nysseni, Isidori Pelusiotæ, Origenis, Severi, Severiani, Theodori Antiocheni, Theodori Heracleotæ, Theodori Mopsuesteni atque Titi Bostrensis.

Codex membranaceus XIII. sæculi, Catena in Lucam ex Chrysostomo, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Nysseno, Basilio, Tito Bostrensi, Isidoro, Niceta & aliis.

Codex bombycinus XV. sæculi, Anonymi expositio in Epistolas Pauli.

Codex XV. sæc. bomb. Philonis Judæi opera quædam, de mundi opificio.

Codex bomb. XIV. sæculi, Ecclesiasticæ historiæ Eusebii libri quidam, initio mutili.

Codex bomb. recens, Vita S. Antonii, S. Athanasio scriptore.

Codex bomb. recens, Basilii in Hexaëmeron. In fine codicis homiliæ duæ habentur Gregorii Nysseni Basilio adscriptæ.

Codex membr. XI. sæculi S. Gregorii Nazianzeni carmen, cui titulus προοίμιον ἐν σχήματι εὐχῆς, initium, Χριϛὲ ἄναξ ὃς ἁγναῖς ποτ᾽ ἀειρομέναις. Gregorii Nazianzeni orationes cum quibusdam Epistolis. In fine orationum notatur numerus versuum, verbi gratia, post Apologeticum de fuga, ϛίχοι ͵αωϟϛ versus 1896. Codex alius ejusdem.

Codex egregiæ notæ X. sæculi membran. in quo homiliæ Joannis Chrysostomi περὶ ἀκαταλήπτȣ, *de incomprehensibili.* Epistola S. Basilii ad Gregorium Nazianz. Homiliæ Joan. Chrysostomi εἰς ἀνδριάντας & aliæ.

Codex membr. XI. sæculi, homiliæ ejusdem in Genesin, & in fine quædam alia.

Codex membr. X. sæculi, ejusdem in Genesin, & in fine ejusdem homiliæ 30.

Codex membr. XIII. sæculi, Ephremi sermones quidam.

Codex membr. optimæ notæ, Theodoreti in Psalmos, scriptus a quodam Luca anno 6613. id est, Christi 1105. Ibidem Hadrianus introductio in sacras Scripturas.

Codex membr. XIV. sæculi, Cyrilli Alexandrini in Hesaïam. Item in alio.

Codex membr. XI. Joannis Climaci Scala. Itemque in duobus aliis codicibus.

Codex membranaceus octavi sæculi, Dionysii Areopagitæ opera.

Codex membr. XV. sæculi, Dionysius de divinis nominibus.

Codex recens bomb. Cassiani Abbatis ad Leontium de discretione spirituum Græce ex Latino.

Codex bomb. Dialogi S. Gregorii Papæ Græce versi. In fine legitur: ἔτυς ,ϛωοϛ. anno mundi 6876. id est, Christi 1368.

Codex bomb. recens, S. Thomas contra Gentes Græce ex Latino. Ibid. Agapeti Diaconi magnæ Ecclesiæ Epist. ad Justinianum Imp.

Codex membranaceus XII. sæculi, Vitæ Sanctorum mensis Octobris Martyrium S. Artemii, Jacobi fratris Domini, Martyrium SS. Acyndini, Pegasii, Aphthonii, Elpidophori, Anempodisti, Martyrium S. Menæ. Vita S. Germani Patriarchæ C. P. Martyrium S. Jacobi Persæ; Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii & Orestis; Joan. Chrysostomi in filium prodigum; Martyrium S. Demetrii. Vita SS. Cosmæ & Damiani. Martyrium S. Eleutherii; Trium puerorum historia; Joannis Chysostomi in Philogonium; Gregorii Nazianzeni in Natale Domini; Joannis Chrysostomi in Infantes; Amphilochii vita Basilii; S. Basilii in S. Baptisma; vita S. Joannis Calybitæ.

Codex membr. XI. sæculi, vita SS. Barlaami & Josaphati.

Codex Asceticorum membr. XI. sæculi.

Codex bombyc. De SS. Synodis, schismatibus & hæresibus. Epistola de fide in Armeniam missa à Thoma Patriarcha Hierosolymitano & ex Arabico in Græcum versa, de Incarnatione ex versione Abbucara. S. Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ historia Mystagogica Ecclesiastica. S. Epiphanii de hæresibus. Josephi Episcopi Methones apologia ad libellum Marci Ephesini.

Acta Synodi Florentinæ in codice membr.

De Concil. Florentino quædam alia.

Codex membranaceus optimæ notæ XI. sæculi, Epistola Ammonii Carpiano, Synaxarium & Menologium breve.

Codex bombycinus XIV. sæc. Nectarii, cur primo sabbato jejuniorum celebretur festum S. Theodori Martyris, ibidem S. Basilii junioris quædam; Joannis Chrysostomi homiliæ quædam. Georgii Nicomediensis in S. Virginem.

Codex bomb. ubi multa variæ ætatis, Ascetica quædam, ἔκθεσις κ̀ ὑπόθεσις κεφαλαίων παραινετικῶν πρὸς τὸν βασιλέα Ἰȣϛινιανόν. *Expositio & argumentum capitum adhortatoriorum ad Imp. Justinianum per Agapetum Diaconum.* Maximi Tyrii opuscula, Orphei Argonautica.

Codex elegans X. sæculi membran. Herodoti historiæ.

Codex præstantissimus X. sæc. membr. Thucydidis historiæ, cum commentariis Marcellini. Qui codex fuit olim Busini Florentini Civis.

Codex membr. XV. sæculi. Thucydidis octo libri.

Codex membr. XV. sæculi, Xenophontis œconomicus, Cyropædia, Anabasis, Hieron.

Codex membr. XV. sæculi, Xenophontis ἀπομνημονεύματα, κυνηγητικὸς, de Equestri Magistratu, Respublica Atheniensium. Τȣ̃ μακαριωτάτȣ Κορίθȣ, *beatissimi* Corithi (*al.* Corinthi) de Dialectis. Dionysius Halyc. de nominibus, Theophrasti characteres.

Codex bombycinus XIII. sæculi minutissi-

mo charactere, Manaſſis quædam, Xenophontis, Epiſtolæ. Longi Paſtoralium lib. IV. Achillis Alexandrini Tatii de amoribus Leucippes & Clitophontis. Charitonis Aphrodiſienſis de Chærea & Callirrhoe amatoriarum narrationum libri VIII. Xenophontis Epheſiaca libri V. ſunt autem amatoria, ut Heliodori Æthiopica; opus ineditum eſt. Hujus Xenophontis meminit Suidas. Ξενοφῶν Ἐφέσιος ἱστορικὸς, Ἐφεσιακά. ἔστι δὲ ἐρωτικά: Βιβλία ι. περὶ ἀβροκόμου καὶ ἀνθίας. καὶ περὶ τῆς πόλεως Ἐφεσίων, καὶ ἄλλα: i Xenophon Epheſius; Epheſiaca, ſunt autem amatorii libri X. de Abrocomo & Anthia, de Urbe Epheſiorum & alia. Theodori Laſcaris Imperatoris Epiſtolæ quædam. Athanaſii quæſtiones ad Antiochum. Gregorii item Nazianzeni & Baſilii Epiſtolæ. Æſopi vita & ejuſdem fabulæ, ut ante Maximum Planudem exſtabant, ſtylo χυδαίῳ. Planudes enim Æſopi cum vitam, tum fabulas longe diverſo ſtylo, ſuoque more conſcripſit. Initium vitæ ſic habet: Βίος τοῦ πανθαυμάστου Αἰσώπου. Οὐ κατὰ πάντα τὸν βίον βιωφελέστατος ἦν Αἴσωπος. *Vita admirandi viri Æſopi, non toto vitæ ſuæ tempore perinde dexter ac rebus gerendis utilis fuit Æſopus.* Nonnullæ fabulæ a Maximo Planude prætermiſſæ ſunt.

Æſopi vita & fabulæ; initium vitæ Æſopi per Maximum Planudem Πραγμάτων φύσιν τῶν ἐν ἀνθρώποις.

Æſopi fabulæ & Ariſtophanis nubes in codice bomb. XIV. ſæc.

Codex membr. Polybii hiſtoriarum libri V. ſub initium hæc leguntur. Ἀντώνιος ὁ Ἀθηναῖος ὁ καὶ λεγόμενος Λογοθέτης, ταύτεν τὲν βίβλον εἶχα ἀντιβόλεον, καὶ ἀντέγραψα ὅμοιον ταύτης, ἔτους τοῦ Χριστοῦ ͵αυλε, γραφὲν εἰς τὴν πόλιν Σιένα. Id eſt: *Antonius Athenienſis, qui vocor Logothetes, hunc librum mutuo accepi, atque ipſi ſimile exemplar deſcripſi, anno ab ortu Chriſti* 1435. *exaratum in urbe Sena.* In fine hæc habentur; ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον χειρὶ Στεφάνου ἱερομονάχου καὶ σκευοφύλακος τοῦ τιμίου προδρόμου τῆς εὐλογημένης Πέτρας, μηνὶ Οκτωβρίῳ β ἰνδ. ι. τοῦ ͵ϛϡκε ἔτους. i. *Abſolutus eſt hic liber manu Stephani ſacri Monachi & Cimeliorum Cuſtodis venerandi Prodromi Benedictæ Petræ, menſis Octobris die ſecunda indictione decima, anno mundi* 6925. id eſt, *Chriſti* 1417.

Codex elegantiſſimus in fine noni aut initio decimi ſæculi ſcriptus membranaceus, Plutarchi vitæ: incipiunt a Phocione, deſinunt in J. Cæſarem. Ibidem reſcriptum manu Cardinalis Beſſarionis, quo teſtificatur ſe mutuo accepiſſe alium Plutarchi tomum & exportari curaſſe Venetias tranſcribendum, ſeque Monachis S. Mariæ Florentinæ reſtituturum pollicetur. At fato præoccupatus fidem liberare non potuit.

Codex membranaceus recens, in quo vitæ Plutarchi, incipiunt a Theſeo, deſinunt in Syllam.

Codex bomb. XIV. ſæc. Plutarchi libri Moralium.

Codex bomb. XIV. ſæc. Ejuſdem opuſcula.

Codex membr. XV. Plutarchi contra leges Lycurgi. Bruti Epiſtolæ, Baſilii Epiſtola ad Juvenem.

Codex bomb. recens, Dicta ſapientum ex Plutarcho & aliis collecta.

Platonis de Republica, codex membr. XIII. ſæculi.

A Ejuſdem dialogi cum commentariis Procli.

Ejuſdem dialogi 18. de legibus libri XII. ἐπινομίς Epiſtolæ III. cod. membr. XV. ſæc.

Ejuſdem dialogi 14. cod. bomb. XIV. ſæc.

Codex bomb. XIV. ſæc. de Herbis, & Platonis opera quædam.

Platonis dialogi quidam cum commentariis Hermeæ in Phædrum Platonis. Item Procli in Parmenidem. Codex ſcriptus manu Hieromonachi Longini, an. mundi 6967. Chriſti 1459. menſe Octobri indict. XIII. ad uſum Magnifici Dom. Joannis Quirini ex Stymphalo.

Ariſtotelis Rhetorica cod. membr. recens.

Simplicii in Ariſtotelis Categorias, cod. re-B cens bomb.

Porphyrii Iſagoge in cod. bomb. XIII. ſæc.

Codex bomb. recens, Iſocratis orationes 6. Ariſtophanis fragmentum. Baſilii ad adoleſcentes.

Iſocratis orat. item Æſchinis orat. in cod. bomb. XIV. ſæc.

Demoſthenis orat. quædam in cod. membr. recenti.

Demoſthenis orationes & epiſtolæ quædam in cod. bomb. XIV. ſæculi.

Demoſthenis orationes quædam & epiſtolæ Æſchinis, in codice membr. recenti.

Codex bomb. in quo Dionis Chryſoſtomi C LXXX. orationes; in fine legitur: ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Θεοδώρου Δοκειανοῦ τοῦ Συμεὼν, κατὰ μῆνα Φευρουάριον τῆς ια ἰνδ. τοῦ ͵ϛωλϛ. ἔτους ἔχοντα τὸν μῆνα ἡμέρας ιη. i. *Abſolutus hic liber, manu mea Theodori Dociani filii Simeonis, menſe Februario indictione II. anni* 6836. (*hoc eſt Chriſti anno* 1328.) *decima-octava ejuſdem menſis.*

Codex bomb. XIV. ſæculi, Ariſtidis orationes.

Codex bomb. XIV. ſæculi, Ariſtidis orationes. Item dialogi quidam Platonis, Epiſtolæ ejuſdem.

Codex bomb. XIV. ſæculi, Philoſtrati vita Apollonii Tyanei, & alia ejuſdem Philoſtrati.

D Luciani codex perantiquus X. ſæculi, ſed reſtauratus plerumque recentiore manu, complectens octoginta libros ejuſdem.

Codex membr. recens, Luciani opera, incipiunt ab Hippia, deſinunt in Alcionem.

Ptolemæi Geographia cum tabulis in codice membran. XV. ſæculi.

Codex membran. XIII. ſæculi, Lexicon Græcum, in cujus fine explicatio Græca nominum Ebraïcorum Scripturæ ſacræ.

Codices duo bombycini complectentes totum Suidæ Lexicon. Scriptum anno mundi 6910. Chriſti 1402.

Codex bomb. XV. ſæculi Gloſſarium Græ-E co-Latinum, in cujus fronte legitur hæc Epiſtola:

Φράγκισκος Φιλέλφος Ἀνδρέᾳ τῷ φιλτάτῳ χαίρειν.

Βουλόμενος ἔγωγε τὰ σοὶ δοκοῦντα κατὰ φιλίας νόμον ποιεῖν, ἔγραψα μὲν οἷον ἐζήτεις, ἐποίησα δὲ μηδὲν θαυμαστὸν, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν δυνατὸν ἐν καιρῷ. σὺ δὲ νικήσας ἡμᾶς εὐνοίᾳ τῇ προσφιλεῖ ἔτι δὲ καὶ τοῦ μαθεῖν τῇ σπουδῇ, ἔρρωσο φιλτάτη μοι κεφαλή.

Franciſcus Philelphus Andreæ dilectiſſimo, ſalutem.

Cum mihi cordi ſit ea quæ tibi maxime placent ſecundum legem amicitiæ perficere, ſcripſi quemadmodum rogaſti. Nihilque ſane admiratione dignum per-

egi; sed quod per vires & tempus licitum fuit. Tu vero qui cum benevolentia & amicitia, tum discendi studio nos longe superasti, vale dilectissimum mihi caput.

Codex bomb. XIV. sæculi, Grammaticæ variæ, scilicet: Magistri Manuelis Planudis, Joannis Patriarchæ, Demetrii anagnostæ, Hesiodi & Pindari quædam; sapientissimi Tricha Τριχᾶ de metris. In fine legitur: Ἦλθεν ὁ μητροπλίτης κδ' τοῦ Ἀπριλλίου μενὸς ἡμέρᾳ παρασκευῇ, ὥρᾳ πρώτῃ τῆς νυκτὸς, ἔτους ͵ϛωξη. ἰνδ. ιγ. *Venit Metropolitanus* 24. *mensis Aprilis, die parasceves*, id est, *feria sexta, hora prima noctis anni* 6868. id est, *Christi* 1360. *indictione XIII.* Qui sit iste Metropolitanus ignoramus.

Grammatica Græca Constantini Lascaris cusa Mediolani, anno 1476.

Codex bomb. XIV. sæculi, Exercitationes Grammaticales.

Codex bomb. Maximi Planudis de Grammatica, cujus annus sic in fine notatur, ἔτ. ͵ϛωμθ. id est, mundi, secundum Græcorum computum, 6849. Christi 1341. Deinde in eodem codice Libanii Sophistæ Epistolici characteres; Georgii Chœrobosci de Poëticis; Aristidis Monodia de Smyrna.

Codex bomb. XIV. sæculi, Hermogenis fragmenta.

Aphthonii Sophistæ & Hermogenis Sophistæ, codex bomb. XIV. sæculi.

Codex XV. sæculi membr. Erotemata grammaticalia.

Codex XIV. sæculi bomb. Nicomachi Arithmetica, Euclidis Geometria.

Codex XIV. sæculi bomb. Homeri Ilias.

Codex membr. XII. sæculi, Homeri Ilias, & in fine, de Allegoriis Homeri.

Homeri Iliados editio anno 1488. Præmittitur Epistola Bernardi Nerlii ad Petrum Mediceum Laurentii filium.

Codex bomb. XIV. sæculi, Hesiodi opera & dies cum scholiis bonæ notæ, item Theogonia cum scholiis, item scutum Herculis cum scholiis, Theocriti Bucolica cum scholiis, Dionysii Alexandrini περιήγησις. Excerpta quædam ex Scriptura sacra. Prosodia.

Codex bomb. Pindari cum schol. sæc. XIII.

Codex bomb. in quo Æschyli Tragœdiæ cum scholiis, & Dionysius Perihegetes cum scholiis. In fine Æschyli hæc leguntur: Ἀπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου εἰσὶ, χρόνοι ͵αμβ. ἀπὸ δὲ τοῦ δεσπότου χριστοῦ ͵α τ μ δ, ἀπὸ δὲ τῆς κτίσεως κόσμου ͵ϛ ω ν β. ἔκτισεν δὲ ὁ εὐσεβέστατος Βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ἐκκλησίας. *A magno Constantino elapsi sunt anni* 1042. *a Domino Christo anni* 1344. *a creatione mundi anni* 6852. *Excitavit autem piissimus Imperator Justinianus trecentas sexaginta quinque Ecclesias.*

Codex bomb. XIII. sæc. Sophoclis & Euripidis Tragœdiæ.

Codex membr. XIV. sæc. Euripidis Tragœdiæ sex. Sophoclis totidem.

Codex XV. sæc. Euripidis, Sophoclis & Æschyli Tragœdiæ quædam.

Codex membr. Sophoclis Tragœdiæ XII. sæc. Olim in eo descriptum fuerat Vetus Testamentum charactere unciali, a sæculis circiter duodecim; verum deletis pene prioribus, substitutus eorum loco Sophocles fuit.

Codex bomb. XIV. sæc. Sophoclis Tragœdiæ, Dionysius Perihegetes, Porphyrii Isagoge.

A Codex XIV. sæc. bomb. Euripidis & Æschyli Tragœdiæ quædam.

Codex bomb. XIV. sæc. Aristophanis Comœdiæ quatuor cum scholiis.

Codex alius bomb. XIV. sæc. Aristophanis Comœdiæ.

Codex bomb. XIV. sæc. Theocritus & Hesiodus cum scholiis.

Codex bomb. XIV. sæc. Oppiani Halieutica cum scholiis.

Codex bomb. XIV. sæc. Ovidii Metamorphoseôn versio in Græcum per Maximum Planudem.

Catalogum Græcorum, qualis superius editus est, manu mea confeci: Latinorum notam ab amicissimo viro Anselmo Bandurio, manu ipsius accurate exaratam, accepi, estque istius modi:

B

Codex membr. in quo Epistolæ quædam S. Cypriani.

Cod. membr. Lactantii Firmiani institutionum adversus Gentiles lib. VI. In fine legitur: *Feliciter scripsit Ambrosius Monachus, complevitque XVII. Kal. Februarias, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto-decimo.*

Ejusdem alter codex membranaceus.

Codex Membran. XIII. circiter sæculi, Hilarii de Trinitate libri XII. Ejusdem de Dedicatione Ecclesiæ, de Synodis, contra Constantium libri III. contra hæreses ejusdem. Exemplum blasphemiæ Auxentii Arriani Mediolanensis episcopi. Ejusdem adversus Auxentium Mediol. Ejusdem in Psalmum *Beati immaculati.* Didymi de Spritu Sancto. Gennadii de Ecclesiasticis dogmatibus. Septem regulæ Ticonii de exponenda sacra scriptura. Errores Gilberti Pictavensis episcopi damnati in Remensi Concilio sub Papa Eugenio. Fides Remensis Concilii ab Abbate Clarævallis Bernardo dictata. Liber Boëtii Severini de Trinitate, ejusdem de Hebdomadibus, ejusdem de fide Christiana, ejusdem de duabus naturis & una persona Christi, ejusdem de unitate essentiæ divinæ & processione divinarum personarum. Athanasii Episc. Alexandrini libri IV. de Trinitate, liber fidei & expositio fidei, Athanasii ad Luciferum, libellus de miraculis imaginis Salvatoris quæ crucifixa fuit a Judæis, de exhortatione Monahorum. Quæstiones Athanasii Arch. Alexandrini de pluribus & necessariis rebus in sacris scripturis. Hæc omnia, exceptis epistolis ad Luciferum, spuria sunt.

C

D

Vita S. Antonii Abbatis auctore S. Athanasio, in gratiam Monachorum Abbatiæ Florentinæ ex Græco versa a Francisco Zephyro.

Codex membran. in quo transitus B. Hieronymi, insuperque vita S. Pauli primi Eremitæ. In fine Leonardi Dati Presbyteri Florentini carmen de D. Hieronymo ad Nicolaum Mediceum.

E

Codex membr. X. Circiter sæculi. Eusebii Cæsariensis historia Ecclesiastica ex versione Rufini libri IX. & ejusdem continuatio usque ad obitum Theodosii Senioris, libri II.

Regulæ SS. Basilii, Pachomii & Augustini in codice membr. XIII. sæculi.

Alius codex in quo prologus Basilii in regulam suam aliaque ejusdem, itemque epistola Macarii Ægyptii ad juniores Monachos.

Alius codex membr. S. Basilii de integritate virgini-

virginitatis, ex Græco versus per Ambrosium Camaldulensem, cum ejusdem Ambrosii præfatione: Itemque sermo Basilii ad juvenes, interprete Leonardo Aretino cum ejusdem præfatione ad Colucium.

S. Ephrem Syri Diaconi sermones, interprete Ambrosio Camald. & epistola ejusdem Ambrosii ad Cosmum Mediceum anno 1458. Februarii 9.

Codex membr. Cæsarii Arelatensis admonitiones. S. Ephrem de Oratione. Augustini de consolatione mortuorum, & alia ejusdem Ambrosii de pœnitentia. Homiliæ diversorum.

Codex membr. Gregorii Nazianz. apologeticus & aliæ duæ ejusdem orationes. Basilii epist. ad ipsum Gregorium. Joan. Chrysostomi de Laudibus Apostoli Pauli. Dionysii Areopag. Epist. ad Timotheum de Martyrio Petri & Pauli.

Joann. Chrysost. de dignitate sacerdotali codex membr.

Leonis Papæ Epistolæ in cod. recenti.

Historiæ Tripartitæ libri XII. in codice X. sæculi.

Sedulii Poëma sacrum in codice membr.

Prudentii de novo & veteri Testamento codex recens.

Dionysii Areop. opuscula & Epistolæ in codice membr.

Homiliæ B. Gregorii Papæ in Ezechielem Prophetam numero XXII. habitæ in Patriarchio Lateranensi, in Basilica, quæ appellatur Aurea.

Ejusdem Epistolæ quædam in alio codice.

Liber Regulæ pastoralis S. Gregorii. Item Ugonis de claustro corporis & animæ.

Nili Monachi de Christiana Philosophia, interprete Isidoro Monacho, codex scriptus anno 1534.

Bedæ Presbyteri de gestis Britannorum sive Anglorum. In fine habetur catalogus operum Bedæ.

Remigius, Hieronymus, in Epistolas Pauli. Bedæ in Epistolas Canonicas, codex bonæ notæ.

Codex membr. XI. sæculi in quo libri IV. de vita B. Gregorii Papæ, a Joanne Diacono ad Johannem Papam, in fine legitur: *Ego Ugo indignus Sacerdos inchoavi hunc librum VIII. Kal. Septembr. & explevi eum XIV. Kal. Octobr. feliciter concurrente sexto, indict. XV.* Passio SS. Marcelli Papæ, Anastasii, S. Christinæ, vita S. Hilarii, vita & passio S. Anastasii cum undecim fratribus, S. Pantaleonis, SS. Quiriaci & Julitæ, S. Margaritæ, S. Reparatæ, S. Domnini, S. Callixti, S. Zenonis Episcopi: Gesta S. Christophori. Passio S. Blasii.

In alio cod. vita S. Francisci, item S. Paulæ viduæ.

Vita S. Joannis Eleemosynarii a Leontio Neapoleos Cypri: in fine adduntur ab eodem Leontio quædam prætermissa.

Vita S. Bernardi Claravallensis.

In codice membranaceo vita S. Zenobii Episcopi Florentini per Joannem Aretinum, cum ejusdem Joannis Epistola ad Joannem Presbyterum S. Michaëlis. Item vita S. Joannis Chrysost. ex Palladio per Ambrosium Monachum versa ex Græco. In fronte habetur ejusdem Præfatio ad Eugenium Papam, codex membr.

A Gullielmi Abbatis vita S. Bernardi. Item Bernardi. Abbatis inillud: *Missus est Gabriel.* & Planctus B. M. Virginis, codex memb.

Bernardi Abbatis de contemplatione.

S. Bernardi & Gilberti in Cantica, item alii ejusdem codices.

Epistola Andreæ Notarii Florentini de vita Ugonis Marchionis Florentini D. Nicolao Abbati Monasterii S. Mariæ Florentinæ, compilata anno 1345. Item chronicon Martini, quem vulgo Polonum vocant, usque ad Clementem IV. Papam: hic dicitur F. Martinus Ordinis Prædicatorum. Insuper chronica Italorum Regum & Romanorum Impp. usque ad B Augustulum, codex membr.

Vita Ugonis Comitis Magdeburgensis ad R. P. Celsum Veronensem Abbatem S. Mariæ, auctore Laurentio Ciato Florentino, Florentiæ scripta anno 1492. cui adnectitur Epistola Petri Damiani ad Gottefredum Marchionem de vita ejusdem Ugonis.

Martyrologium.

Ricardi de S. Victore opera in codice membran.

Joannis Gersonis opera.

Joannis Gersen (*sic*) Cancellarii Parisiensis de Imitatione Christi, codex scriptus anno 1466.

C Constitutiones synodales D. Angeli Episc. Florentini & Bullæ duæ Eugenii Papæ IV. codex scriptus a Laurentio Presbytero Florentino.

Leonardi Aretini de bello Italico adversus Gotthos libri IV. ad Julianum Cardinalem S. Angeli.

Ejusdem Leonardi Aretini & Poggii Epistolæ.

Francisci Petrarchæ operum codices aliquot.

Historiæ Monasterii Cassinensis libris IV. desinunt ad tempora schismatis Petri Leonis. In fine legitur, Heustachius, quod videtur scribæ D nomen esse, codex membr.

Matthæi de Palmeriis de temporibus, cum prooemio ad Petrum Mediceum Cosmæ filium. Hæc in fine leguntur: *Antonius Marii filius Florentinus civis atque Notarius transcripsit Florentiæ ab Originali* XI. *Kal. Januarii* MCCCCLVIII. *valeas qui legis.* Opus magna parte, ut aiunt, ineditum.

Libellus Terræ sanctæ editus a fratre Bochardo. Item Orosii de constructione Romæ: in fine Epistola quam misere Teucri Eugenio Papæ IV.

Historia scholastica.

F. Blondi historiæ.

E Historia Britonum versa ex lingua Britannica in Latinam optimæ notæ, codex membranaceus XII. sæculi.

Alii item bene multi codices adsunt, ad Philosophiam, Geometriam, Theologiam, scholasticam, ad Decretales, &c.

Sallustius Crispus, ac Justinus, Trogi Pompeii nomine, scriptus anno 1405.

M. Tullii Ciceronis Orationes septem, pro Cæcinna, de lege Agraria contra Rullum, ad Populum contra legem Agrariam in L. Pisonem, pro Rabirio Pisone, pro C. Rabirio perduellione, pro Roscio Comædo. In fine hæc leguntur: *Has septem Tullii orationes, quæ antea*

culpa temporum apud Italos deperditæ erant, Poggius Florentinus, perquisitis plurimis Galliæ Germaniæque, summo cum studio ac diligentia, bibliothecis, cum latentes comperisset in squallore & sordibus, in lucem solus extulit, ac in pristinam dignitatem decoremque Latinis musis dicavit.

Tullii novorum Rhetoricorum libri IV. seu ut quibusdam videtur, Cornificii Rhetoricorum ad C. Herennium, vel, ut alii putant, incerti auctoris, codex XIV. sæculi.

M. Tullii de Amicitia, de Senectute, Paradoxa cod. membr. Item alius eadem opera complectens.

Ejusdem Epistolarum ad Brutum, ad Quinctum Fratrem libri XIII. ad Atticum libri VII.

Ejusdem Cato major, seu de Senectute, Lælius sive de Amicitia ad Pomponium Atticum, Paradoxa ad M. Brutum. Pro M. Marcello, pro Q. ligario, pro Rege Dejotaro, de officiis tres libri ad M. filium. Invectivæ Sallustii in Ciceronem & in Sallustium Ciceronis.

Epistolæ ad familiares aliquot, & in alio codice similiter.

De finibus bonorum & malorum ad Brutum libri V.

17. Electio Urbinatis in causa vertente inter Archiepiscopum Ravennatensem & Priorem Sanctæ Mariæ in Portu Ravennatensi de subjectione ejusdem Ecclesiæ. Datum apud... X. Cal. Octobris anno quinto.

Fasciculus inscriptionis Nicolai, signatus L.

1. Nicolaus Tertius Vicario Archiepiscopi Ravennatensis ut acta omnia causæ vertentis in ejus Curia super electione Episcopi Reginensis infirmanda vel confirmanda transmittat ad Sedem Apostolicam stante appellatione. Datum Reate quarto Nonas Augusti an. 1.

2. Episcopo * Glugiensi Archidiacono Ravenn. & Archipresbytero Ferrariensi super causa vertente inter Archiepiscopum Ravennatensem & Monasterium Pomposianum, de quibusdam procurationibus ex causa legationis Sedis Apostolicæ. Datum Romæ decimo Cal. Junii anno secundo.

3. B. Ravennatensi, P. Montis regalis Archiepiscopis & Rainono de Viterbio Ordinis Prædicatorum Nunciis Sedis Apostolicæ citatur Alphonsus filius Petri Regis Aragonum occupator regni Siciliæ pro liberatione Caroli primogeniti Caroli Regis Siciliæ. Datum Romæ quarto Calendas Aprilis anno primo.

4. Regi Angliæ ut moneat atque diligenter inducat Alphonsum natum Regis Aragonum, ac liberet dictum Carolum primogenitum, quem carceri mancipatum detinebat. Datum Romæ idibus Martii anno primo.

5. B. Ravennatensi & P. Montis regalis Archiep. pro liberatione ejusdem Caroli primogeniti Regis Caroli. Datum ut supra.

6. Alphonso nato Petri Regis Aragonum quod liberet Carolum & desistat ab occupatione Regni Siciliæ, & nihilominus infra sex menses compareat, alias Sedes Apostolica contra ipsum spiritualiter & corporaliter procedet. Datum ut in primo.

7. Archiepiscopis & Episcopis, cæterisque Prælatis pro receptione benigna Fratris Joannis de Ordine Prædicatorum, Nuncii tunc destinati. Datum Viterbii tertio Nonas Junii anno primo.

8. Collatio Canonicatus Ravennæ, anno primo Pontificatus sui.

9. Abbati Monasterii Sancti Apollinaris Ravennatensis pro Canonicis Sanctæ Mariæ in Portu super quibusdam juribus ipsius Ecclesiæ. Datum Romæ anno.... quarto Nonas Maii, anno sexto Pontificatus sui.

10. Joanni de Concorreto Canonico Ecclesiæ Cumanorum Mediolanens. providet de Canonicatu dictæ Ecclesiæ. Datum apud Urbem veterem decimo Calendas Octobris anno quarto.

Fasciculus inscriptus Bonifacii, signatus M.

1. Archiepiscopis & Episcopis, cæterisque Prælatis per Regnum Franciæ constitutis ut subsidium sibi transmittant ad hoc ut possit resistere contra Federicum natum Petri Regis Aragonum occupantem insulam Siciliæ, & etiam contra Jacobum, & Petrum olim Cardinales & contra natos Joannis de Columna schismaticos, quos privavit civitate Nepesina, Zagarole, & aliis castris, destructo etiam funditus castro Columnæ. Datum Ananiæ 5°. Cal. Novembris anno 5.

2. Eisdem subsidium petit contra Federicum & Columnenses ut supra, datum Reate Cal. Octobris anno 4.

3. Rainaldo Episcopo Vicentino facultates pro firmanda pace inter Reges Angliæ & Franciæ. Datum 4. Cal. Maii anno V.

4. Abbati sancti Dionysii Mediolanensis de providendo cuidam Clerico Mediolanensi in

forma pauperum. Datum Romæ id. Maii anno A
2.

5. Universis Prælatis, &c. destinatio Episcopi Vicentini pro componenda pace inter Angliæ & Franciæ Reges, cum mandato procurationis solvendæ. Datum Laterani 2. Non. Febr. Pontificatus sui anno 5.

6. Abbati Monasterii sancti Vitalis Ravennensis expectativa cuidam Canonico Ravennensi cum commissione examinis si fuerit idoneus repertus, & præsertim bene legere, bene construere, bene cantare, & congrue loqui latinis verbis. Datum Romæ 16. Cal. Decembris anno 1. Pontificatus sui.

7. Societati Franceforum de Florentia pro B
Viatico Vincentini Nuntii sedis Apostolicæ destinati ad tractandam pacem inter Reges Franciæ & Angliæ. Datum Laterani 2. Nonas Febr. anno 5.

8. R. Episcopo Vicentino Nuntio sedis Apostolicæ de pecuniis quas sibi mutuandas * Philippus Rex Franciæ .... Datum Laterani 4°. Cal. Maii anno 5.

9. Clero Civitatis Ravennæ de electione Joannis Nicolai de Sulmona in minoribus dumtaxat ordinibus constituti in Archiepiscopum Ravennæ. Datum Romæ XVII. Cal. Octobris Pontificatus sui anno IX.

10. Rayn. Episcopo Vicentino facultas per- C
cipiendi fructus in absentia, quibusdam Clericis concessa, qui comitantur Episcopum in partes Franciæ. Datum Laterani 8°. Cal. Febr. anno 5.

11. Decano Pictaviensi, præposito Suessionensi, Archidiacono Regin. Ecclesiarum facultas de non residendo cum perceptione fructuum concessa cuidam famulo Cardinalis B. SS. Cosmæ & Damiani. Datum Ananiæ X. Cal. Octobris anno 1.

12. Societati mercatorum Franceforum de Florentia, quidam Cambii pro itinere Episcopi Vincentini Nuntii in Galliam destinati. Da-
tum XVI. Cal. Julii an 1. D

13. Ad futuram rei memoriam, revocatio vicariatus castri Aureoli alias concessi illi de Ordelaffis, quos & vicarios Romanæ Ecclesiæ in Foro Pompiliensi Farsensi & Aureoli, restituendo iterum dictum castrum Ravennatensi Ecclesiæ, ex quo ad ejus proprietatem ac jus pertinet. Datum Romæ Cal. Junii anno 1.

14. Episcopo Vicentino Rectori Romandiolæ de reservatione Episcopatus Fori Pompiliensis cum mandato citatorio de Ordelaffis electi in Episcopum illius Ecclesiæ anno 1303. Datum Romæ apud S. Petrum nono Cal. Martii anno 9.

15. Populo civitatis & Diœcesis Ravenna- E
tensis de electione Jo. Nicolai de Salmona per liberam resignationem D. Cosmati tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyteri Cardinalis, Pontificatus sui anno IX.

16. Universis Suffraganeis Ravennæ in electione Obizonis Episcopi Parmensis in Archiepiscopum Ravennatensem. Datum Ananiæ Cal. Augusti anno 1.

Clero Ravennatensis Ecclesiæ de translatione Episcopi Vicentini in Archiepiscopum Ravennatensem. Datum Laterani 13. Cal. Decembris anno 1.

Fasciculus inscriptus Clementis, signatus H.

1. Clemens V. universis Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis pro subsidio Terræ Sanctæ. Datum Pictavii 3°. id. Augusti anno 3.

2. Archiepiscopo Ravennatensi ut publicet per suam Diœcesim processus & sententias quas protulit contra Templarios. Datum Pictavii id. Augusti anno 3.

3. Petrocino electo Torcellanensi, electio de Ecclesia Torcellana in persona ejusdem. Datum Avinione 4°. id. Junii anno X.

4. Nicolao Archiepiscopo Ravennatensi & Petro Episcopo Astoricensi pro legatione ad Regem Angliæ. Datum Avinione XI. Cal. Decembris anno 3.

5. Fortanerio Archiepiscopo de ejus electione in Archiepiscopum Ravennatensem. Datum apud Villam-novam Avinione Cal. Julii anno X.

6. Archiepiscopo Ravennatensi & suffraganeis super additione precum in fine missæ pro pace & pro Christianis principibus. Datum Avinione idibus Novembris anno 4.

7. Stephano Episcopo Faventino de Astorgino de Duroforte Lemovicensis Diœcesis, quem in Rectorem Provinciæ Romandiolæ pro Romana Ecclesia elegerat. Datum Avinione X. Jan. anno 6.

8. Capitulo Ecclesiæ Ravennatensis de Archiepiscopo Ecclesiæ Ravennatensis * in Archiepiscopum Patracensem & de Fortanerio electo in Archiepiscopum Ravennatensem. Datum Avinione 9. Cal. Novembris an. Pontificatus sui sexto.

9. Populo civitatis Ravennatensis de electione Fortanerii in Archiepiscopum Ravennatensem an. 6. Pontificatus sui. Datum Avinione 9. Cal. Novembris.

10. Translatio Archiepiscopi Ravennatensis. Datum apud Villam-novam Avinione XIII. Cal. Junii an. X.

Fasciculus inscriptus Joannis XXII. signatus O.

1. Joannis XXII. Rectori Romandiolæ Processus contra Ludovicum de Bavaria qui se Imperatorem eligi fecerat, & juramentum fidelitatis receperat a Raynaldo, & Obizone Marchionibus Estensibus super civitate Ferrariæ, quæ pleni juris existit Romanæ Ecclesiæ: quod studeat satisfactionem debitam impendere & publice datum juramentum fidelitatis renuntiet. Datum Avinione, Cal. Aprilis anno 8.

2. Eidem Rectori Romandiolæ processus contra eumdem Ludovicum de Bavaria. Datum Avinione idibus Junii anno 8.

3. Eidem Rectori Monitoriales contra Ludovicum de Bavaria, contra quem comminatur (*sic*) excommunicatio si non paruerit. Datum Avinione 5. Cal. Novembris anno 8.

4. Eidem Rectori processus contra fautores & receptores Andreæ, & Lippatii de Auximo & aliorum rebellium de Marchia. Datum Avinione 6. id. Decembris an. 6.

5. Eidem contra eumdem Andream & Lippatium rebelles Ecclesiæ, & Tirannos Auximi. Datum Avinione 8. Cal. Decembris anno 5.

6.

6. Eidem Rectori processus contra eumdem Andream & Lippatium, & Recanatenses & Auximanenses rebelles Ecclesiæ Romanæ cum censuris & diffidatione. Datum 8. Cal. Decembris anno 5.

7. Eidem Rectori processus contra Recanatenses & Auximanenses.

8. Universis per Romandiolam constitutis, ne commercium habeant cum Lippatio & Andrea, & aliis rebellibus Ecclesiæ, qui tamquam hæretici & idololatræ sunt condemnati. Datum Cal. Augusti anno 6.

9. Rectori Romandiolæ, ut habita prævia cognitione fautores Federici, Guidonis, & Sperantiæ olim Comitum de Monte Feltro ac universitatem Urbini excommunicatos publicet. Datum 20. Cal. Augusti anno 5.

10. Eidem Rectori, ut moneat Venetos ab infestatura Civitatis & Comitatus Arimini desistere, ea & occasione faventes S. R. E. rebellibus qui se in Venetorum protectionem dederant. Datum VIII. id. Februarii an. 6.

11. Archiepiscopo Ravennatensi provisio de Ecclesia Adriensi. Datum 8. Cal. Novembris anno 14.

12. Petrocino Episcopo Torcellano committitur Rectoria Provinciæ Romandiolæ & Comitatus Brettinorii. Datum Avinione 4. Cal. Martii anno 1.

13. Archiepiscopo Ravennatensi & suffraganeis impositio decimæ pro subsidio Terræsanctæ. Datum Avinione VII. Cal. Augusti anno XVII.

14. Rectori Romandiolæ privatio civitatis Recanatensis dignitate Episcopali ob excessus per eos perpetratos contra sedem Apostolicam: & erectio Ecclesiæ Maceratensis in Episcopalem, & castrum in civitatem. Datum 8. Cal. Decembris an. 5.

15. Archiepiscopo Ravennatensi de privatione Recanatensis & electione Maceratensis in civitatem cum Episcopali dignitate. Datum ut supra.

16. Archiepiscopo Ravennatensi ejusque suffraganeis super relictis in subsidium Terræ sanctæ. Datum 7. Cal. Augusti anno 17.

17. Petrocinus eligitur in Abbatem sancti Cypriani Torcellensis Ordinis sancti Benedicti. Datum 4. id. Aprilis an. 7.

18. Collectoribus Decimarum in Diœcesi Ravennatensi, quod non molestent Guidonem Archiepiscopum Ravennatensem propter gravia onera quibus premitur. Datum 8. id. Maii an. XVIII.

19. Rectori Romandiolæ commissio super quibusdam injuriis contra quosdam Provinciæ Romandiolæ per Venetos illatis. Datum X. Cal. Septembris an. 5.

20. Communi Ariminensium contra Rambertum de Malatestis, qui dominium Ariminense occupare tentaverat, ut fortiter resistat. Datum X. Cal. Febr. an. XI.

21. Rectori Romandiolæ quod provideat de Potestatibus, seu Rectoribus in civitatibus & castris sibi in Regimen commissis. Datum 5. Cal. Augusti an. 1.

22. Archiepiscopo Ravennatensi, ut opem ferat Rectori Marchiæ de convenienti subsidio equitum, & peditum contra Ravennatenses & Auximanos rebelles. Datum 4. idus

A Novembris anno 4.

23. Universis Baronibus & universitatibus per Romandiolam constitutis, ut solvant Aymerico Rectori Talliam ad quam vigore cujusdam deliberationis sunt astricti in conservationem personæ ipsius Rectoris ac pacis Provinciæ, pro stipendiis scilicet trecentorum equitum & totidem peditum. Datum 8. Cal. Jan. Pontificatus sui anno 5.

24. Potestati & Communi Ravennatensium pro Tallia eis imposita ratione prosequutionis Rebellium Ecclesiæ. Datum idibus Augusti anno 7.

25. C. Mercenario Bonaventuræ de Mace-

B rata, creatio in Canonicum Ravennatensem cum prima vacatura. Datum 9. Cal. Jan. Pontificatus sui anno 5.

26. Archiepiscopo Ravennatensi Rectori Romandiolæ pro filiis Burdi de Aretio a quibus fidelitatis juramentum recipiat. Datum Cal. Julii anno 8.

27. Potestati & Communi Forilivii quod non recipient Bannitos & rebelles Ecclesiæ; & assistant & faveant Rectori Romandiolæ contra eosdem procedenti. Datum 9. Jan. an. XI.

28. Rectori Romandiolæ pro revocando ad obedientiam Federicum & alios de Monte-Feretro ejus sequaces. Datum 8. id. Novembris

C anno.

29. Rectori Romandiolæ de Federico Montisferetri Ecclesiæ rebelle, qui cum Lippatio de Auximo & aliis rebellibus Ecclesiæ contra civitatem Ariminensem arma movebant & Comitatum ejusdem depopulabantur. Datum X. Cal. Maii anno 5.

30. Archiepiscopo Ravennatensi contra Episcopum Aretinum & Domnos de Monte-Feretro & alios rebelles Ecclesiæ, invadentes Comitatum Arimini. Datum 8. Cal. Decembris anno....

31. Roberto Archiepiscopo Ravennatensi concedit curtem Firmanam. 3. Cal. Novem-

D bris anno 13.

Fasciculus inscriptus Benedictus, signatus P.

1. Benedictus XI. Archidiacono, præposito & Clero Ecclesiæ Ravennatensis de Raynaldo olim Episcopo Vicentino, qui ab ipsis postulatus in Archiepiscopum Ravennatensem, per eumdem summum Pontificem confirmatur. Datum Laterani XIII. Cal. Decembris anno 1.

2. Benedictus XII. Archiepiscopo Ravennatensi, & suffraganeis de promotione sua ad Papatum. Datum Avinione 5. id. Jan. an-

E no 1.

3. Eisdem pro subsidio Terræ sanctæ & prædicatione Cruciatæ. Datum Avinione 2°. Cal. Jan. anno 1.

4. Archiepiscopo Ravennatensi commissio de inquirendo contra Benvenutum Magistrum generalem ordinis Cruciferorum, Bononiæ commorantem. Datum Avinione XII. Cal. Junii anno 2.

Fasciculus inscriptus Urbani, signatus Q.

1. Urbanus IV. Gerardo Ravennatensi Episcopo conceditur licentia alienandi quasdam

possessiones longe positas & minus utiles, sicut quæ sunt in Pola. Datum Veronæ VI. id. Aprilis anno.... A

2. Urbanus V. Archiepiscopo Ravennatensi de provisione Abbatiæ sancti Vitalis in personam Benedicti ejusdem Monasterii Prioris. Datum Avinione 3. Cal. Jan. an. 4.

3. Universis Vassallis Ecclesiæ Ravennatensis translatio Pilei Episcopi olim Paduani in Archiepiscopum Ravennatensem. Datum Romæ X. Cal. Febr. Pontificatus sui anno 8.

4. Capitulo Ecclesiæ Ravennatensis super electione ejusdem Pilei in Archiepiscopum Ravennatensem. Datum ut supra.

5. Archiepiscopo Ravennatensi ejusque suffraganeis de subsidio triennali post reditum B mei in Italiam, a quo excipit Carolum, & est pro pace Italiæ contra perturbantes. Datum Romæ XII. Cal. Novembris anno V.

6. Petrocino Archiepiscopo Ravennatensi licentia eligendi sibi confessorem. Datum Avinione V. id. Febr. an. 4.

7. Universis per Romandiolam constitutis Generalibus facultas eligendi confessorem concessa omnibus Romandiolæ constitutis, tempore pestis. Datum Avinione XVII. Cal. Octobris anno III.

8. Populo Civitatis Ravennatensis de translatione Pilei Episcopi Paduani in Archiepiscopum Ravennatensem. Datum Romæ X. Cal. C Jan. an. 8.

9. Pileo olim Episcopo Paduano de translatione ejusdem in Archiepiscopum Ravennatensem. Datum ut supra.

10. Petrocino Archiepiscopo Ravennatensi commissio super observantia capitulorum pacis initæ cum Bernabone de Vicecomitibus, & Francisco de Ordelaffis & adhærentibus. Datum Avinione XI. Cal. Junii Pontificatus sui anno 3.

11. Archiepiscopo Ravennatensi de Laurentio de Pinettis, quem in Episcopum Reginensem elegerat. Datum Avinione 2°. Non. Mar- D tii anno 1.

12. Urbanus sextus Populo & Civitati & Diœcesi Ravennatensi super electione Cosmati Archiepiscopi post privationem Pilei Cardinalis & Archiepiscopi Ravennatensis tamquam hæretici, & schismatici. Datum Perusii Non. Octobris an. X.

Item suffraganeis Ravennatensis Ecclesiæ super eodem.

Item universis Vassallis Ecclesiæ Ravennatensis super eodem.

Item plumbea.

13. Cosmato electo Ravennatensi de privatione Pilei Cardinalis & Archiepiscopi & E electione ipsius in Episcopum Ravennatensem. Datum Perusii Non. Octob. anno X. Bulla plumbea.

Carolo Provinciæ Romandiolæ Rectori & Malatestæ Pandulphi in Pensauriensi ac Pandulphi de Malatestis domicellis in Ariminensi Vicariis Ecclesiæ Romanæ, ut faveant D. Cosmato electo Ravennatensi. Datum Perusii 4. idus Octob. anno X. bulla plumbea.

14. Clero Civitatis & Diœcesis Ravennatensis de suscepto Cosmato in Archiepiscopum Ravennatensem electo. Datum Perusii X. Octob. anno X.

Item capitulo Ecclesiæ Ravennatensis super eodem. Datum ut supra.

15. Archiepiscopo Ravennatensi & suffraganeis literæ de promotione sua. Datum Avinione VII. id. Novembris anno 1.

16. Pileo Episcopo Paduano licentia de Confessore sibi eligendo. Datum Avinione id. Martii anno 3.

17. Legato sedis Apostolicæ ut fideliter studeat pecunias destinare in devotionem debiti, quo Ecclesia Ravennat. obligata erat tempore Fortanerii Archiepiscopi. Datum Avinione VI. Nonas Martii anno 4.

18. Suffraganeis Ecclesiæ Ravennatensis ut debitam reverentiam exhibeant D. Pileo olim Episcopo Patavino, in Archiepiscopum Ravennatensem electo. Datum Romæ X. Cal. Febr. anno 8.

19. Petrocino Archiepiscopo Ravennatensi confirmat quamdam suorum bonorum dispositionem. Datum Avinione V. id. Februarii anno 4.

20. Clero civitatis Ravennæ super electione Pilei in Archiepiscopum Ravennatensem. Datum Romæ X. Cal. Febr. anno 8.

Fasciculus inscriptus Alexandri, Martini, Cœlestini & Adriani, signatus R.

1. Alexander quartus universis Prælatis inspecturis, & confirmat quasdam provisiones beneficiorum & Canonicatuum factas per O. Diaconum Cardinalem Sanctæ Mariæ in Via lata, in persona quorumdam suorum familiarium tempore suæ legationis. Datum Laterani Cal. Aprilis anno 2.

2. Opizoni Episcopo Parmensi, quod possit retinere apparatus Pontificales Capellæ Tripolitanæ Ecclesiæ. Cal. Augusti anno 3. Pontificatus sui.

3. Martinus V. Archiepiscopo Ravennatensi, ut restituat castra Romanæ Ecclesiæ per eum tempore belli occupata. Datum apud Urbem Veterem XII. Cal. Septembris an. 3.

4. Cœlestinus V. Abbati Monasterii Sancti Dionysii Mediolanensis super Canonicatum Ecclesiæ Sancti Juliani in persona Ricciardi Alberti de Casate. Datum Aquilæ XII. Cal. Octobris Pontificatus sui anno 1.

5. Adrianus Papa de unione Sancti Zaccariæ ad mensam Episcopalem Ravennatensem. Datum anno 1522. pridie Cal. Septembris anno primo Pontificatus sui.

Item quædam jura tempore Nicolai Archiepiscopi Ravennatensis de quibusdam bonis ipsius Ecclesiæ cum inductionibus testium, & sententia definita anno 1343.

Fasciculus inscriptus Ferrariæ, signatus S.

1. Litteræ Joannis XXII. Archiepiscopo Ravennatensi, ut opem ferat legato sedis Apostolicæ contra Rainaldum Azonem & Opizonem Estensem, de hæresi condemnatos, & etiam contra eorum fautores. Datum Avinione 7. id. Aprilis anno 7.

2. Ejusdem literæ Episcopo Ferrariensi & Inquisitori in Provincia Romandiolæ, ut supersedeant a processibus sententiæ contra Opizonem & Rainaldum Estensem de Hæretica pra-

vitate inquisitos. Datum Avinione X. Cal. A Martii anno VI.

3. Ejusdem literæ Aymerico de Castro Lucii Rectori Romandiolæ, ut si Communitas Ferrariensis, Raynaldus & Opizonus Estensis voluerint ad Ecclesiæ Romanæ gremium redire, eos recipiat, & civitatem ipsam, * palastra, castra, fortillitia & loca alia ejusdem districtus, & in iis nomine Romanæ Ecclesiæ constituat rectores, aliosque officiales. Datum Avinione X. Cal. Augusti anno 5.

4. Ejusdem literæ Archiepiscopo Ravennatensi pro exequutione literarum Apostolicarum contra Raynaldum & Opizonem Estensem, qui ut Hæretici a Romana Ecclesia fuerunt condemnati: exponendo etiam omnibus B fidelibus tam ipsos hæreticos, quam bona eorum capienda. Datum Avinione Cal. Septembris anno 7.

5. Literæ Onufrii de Tubis, Nuncii sedis Apostolicæ in Ferraria, Archiepiscopo Ravennatensi de procurationibus sibi solvendis, & Ferrariam etiam transmittendis. Datum Ferrariæ 2. Non. Aprilis anno 5. Clementis V.

Item aliæ duæ literæ ad eumdem super eodem.

6. Ejusdem Nuncii literæ ad Archiepiscopum Ravennatensem super eisdem Procurationibus & subsidio sibi solvendo. Datum Ferrariæ XV. Cal. Maii anno VI. Clementis V. C

7. Ejusdem Nuncii in Ferraria literæ Archiepiscopo Ravennatensi pro impositione 57. Florenorum auri in subsidium suarum expensarum. Datum Ferrariæ 13. Cal. Novembris anno 5. Clementis V.

8. Exemplum quarumdam literarum Rectorum & Administratorum generalium in temporalibus civitatis Ferrariæ, ejusque comitatus pro Romana Ecclesia directarum ad Vicarium Episcopi Ferrariensis, cui committat cognitionem causarum super juribus ac possessionibus Archiepiscopi Ravennatensis existentibus in civitatibus Ferrariæ, ejusque comitatu. Datum Ferrariæ anno 1318. die X. D Martii anno 2. Joannis XXII.

9. Literæ Innocentii Papæ Abbati & Præposito Sancti Juliani Ariminensis super causa eis commissa, quæ vertitur inter Archiepiscopum Ravennæ & Commune Ferrariæ super Villis, Terris & rebus aliis. Datum Viterbii X. Cal. Augusti anno XII.

10. Philippi sedis Apostolicæ legati literæ, quibus concedit provisionem cujusdam beneficii Henrico Canonico Ratisponensi. Datum....

11. Exemplum plurium instrumentorum de possessionibus & terris sitis in territorio Ferrariensi in fundo Tamaræ ad Ecclesiam Ravennatensem spectante. E

12. Notula bonorum, ac livellorum per Archiepiscopum * Roverelam in civitatibus Ferrariæ exactorum anno 1502. & anno 1508.

13. Exemplum quarumdam literarum Roberti Regis Siciliæ, Ferrariæ Rectoris pro Sancta Romana Ecclesia, ad Vicarium suum in civitate Ferrariæ super facultate quadam quam concessit cuidam Matthæo partis Guelfæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ amatori, de exercendo Potestatiæ officio per se vel per substitutum. Datum Neapoli die 4. Novembris an. 1316.

14. Variæ scripturæ spectantes ad causam dominorum de Turcis Ferrariæ cum dicto Archiepiscopo Ravennatensi, super diversis investituris habitis ab Ecclesia Ravennatensi de rebus pluribus Ferrariæ existentibus.

15. Innocentii literæ Electo Ferrariensi de provisione Monasterii Sancti Bartholomæi de Ferraria immediate subjecti Ecclesiæ Ferrariæ in personam ejusdem Episcopi. Datum 3. Cal. Septembris Pontificatus sui anno.....

16. Gregorii Papæ literæ Potestati & Populo Ferrariensi, quod desistant a molestatione Archiepiscopi Ravennatensis. Datum Laterani secundo Nonas Maii Pontificatus sui anno 8.

17. Berengarii Episcopi Tusculani literæ ad Episcopum Ravennatensem super absolutione eorum qui favendo Duci & Communi Venetorum in perturbatione Comitatus Ferrariæ, in Censuras Ecclesiasticas incurrerunt, emanatas per Clementem V. contra eumdem Ducem & Commune. Datum Malausani * sexto idus Octobris 1313. an. 8. Clementis V.

18. Mandatum Abbatis S. Bartholomæi de Ferraria pro unione simul facienda cum Abbate & Monasterio Sancti Bernardi de Milano ejusdem Ordinis anno 1491.

19. Sententia lata per Borsum Ducem Mutinæ & Regii Marchionem Estensem in Causa vertenti inter Archiepiscopum Ravennatensem & Petrum de Sanezollis super devolutione quorumdam bonorum in fundo Mergoni an. 1453.

20. Instrumentum quoddam vetustum spectans ad Monasterium Pomponiense.

21. Ferrariensis concessio decimæ Sanctæ Margaritæ ab Archiepiscopo Plebei Portus concessæ Archiepiscopo Ravennatensi anno 1214.

22. Ferrariensis Capellæ Plebatus Porti majoris anno Domini 1311.

23. Instrumentum in quo constituitur Nuncius, actor & factor Domnus Angelus Archiepiscopi, Cumacli ad exigendum specialiter omnes redditus & proventus, qui percipiuntur Ferrariæ, & in ejus districtu an. 1312. die 7. Junii.

24. Mandatum Procuræ Bonifacii Archiepiscopi Ravennæ in personam Thomasii de Ravenna ad exigendum, negotiandum & respondendum pro ipso in Ferraria super fructibus & eventibus. Argentæ an. 1277.

25. Compromissum inter Bonifacium Archiepiscopum Ravennatensem & Obizonem Marchionem Estensem super jurisdictione in Portu majori & ejus plebatu ac * Maderit. Actum sub anno 1281. die penultima Maii.

Fasciculus inscriptus Bononiæ, signatus T.

1. Fortanerii Archiepiscopi Ravennæ literæ ad Episcopos sibi suffraganeos videlicet Ferratrensem, Saxanetensem, Cesenensem, Bononiensem, Ferrariensem, Adriensem, Comaclensem, Mutinensem, Regiensem, Parmensem & Placentinum, cum insertione literarum monitorialium Innocentii Papæ contra Barnabonem de Vicecomitibus Archiepiscopum Mediolanensem, perturbantem statum Ecclesiæ & occupantem civitatem & Comi-

tatum Bononiæ. Datum Avinione 3. Cal. Septembris Pontificatus sui anno VIII.

2. Neapolionis Cardinalis Sancti Adriani Apostolicæ sedis legati Baronibus universis & Communitatibus suæ legationis, ne auxilium, & favorem nec victualia deferant univesitati, & Communi Bononiensi, rebellibus Ecclesiæ. Datum Imolæ decimo Cal. Julii an. 1. Clementis V.

3. Innocentii Tertii Bulla plumbea Alberto Ravennatensi Archiepiscopo: confirmat sententiam Lucii Pontificis, in favorem ejusdem Archiepiscopi latam contra Monasteria Bononiensia; ut scilicet omnia Monasteria ejusdem civitatis Bononiensis teneantur Archiepiscopo Ravennatensi Procurationes solvere. Datum Laterani 8. Cal. Maii anno 1203. Pontificatus sui an. 6.

4. Instrumentum appellationis a Vicario Episcopi Bononiensis ad Archiepiscopum Ravennatensem anno 1338.

5. Alia appellatio anni 1351.

6. Alia sub anno 1353.

7. Alia sub anno 1356.

8. Alia sub anno 1341.

9. Alia sub anno 1337.

10. Sententia Vicarii Ravennatensis contra Vicarium Episcopi Bononiensis in causa appellationis.

11. Mandatum ad exequendum Bononiensi anno 1333.

12. Literæ Bonifacii Archiepiscopi Ravennatensis ad Vicarium Episcopi Bononiensis pro collatione Clericatus Sanctæ Justæ & Bononiæ anno 1294.

13. Raynaldi Archiepiscopi Ravennatensis ad Episcopum Bononiensem literæ pro vacatione Ecclesiæ Sancti Laurentii Plebatus Marrani, Bononiensis Dioecesis, secundum Lateranense concilium ad ipsum legitime devolutum. Datum Ravennæ die 7. Maii an. 1313.

14. Jura pro quibusdam Sanctæ Mariæ de Muradellis Bononiensis an. 1341.

15. Constitutio Rectoris Ecclesiæ S. Andreæ Terræ Policinii Bononiensis Dioecesis 1337.

16. Instrumentum Procuræ per Octavianum Episcopum Bononiensem ad comparendum in causa appellationis coram Archiepiscopo Ravennatensi an. 1272.

17. Clementis Papæ literæ Archiepiscopo Ravennæ de translatione Episcopi Veronensis in Bononiensem, ubi asserit etiam Ecclesiam Bononiensem esse subjectam Ravennatensi Ecclesiæ Metropolitanæ. Datum Avinione 3. id. Octobris an. 9.

18. Provisio Rectoris in Ecclesia S. Joannis de Pelesino Bononiensi an. 1336.

19. Instrumenta tria simul ligata diversorum mandatorum Bononiensium ad agendum sub annis 1337. 1348. 1350.

20. Exemplum quarumdam literarum Domni Joannis Episcopi Mediolanensis pro confirmatione Tabellionatus Bononiensis anno 1351.

21. Exemplum cujusdam rescripti Innocentii Papæ Archiepiscopo Ravennatensi & Episcopo Cremonensi, ut Bononiensem Episcopum compellant ad observantiam promissi renunciationis Episcopatus, quam fecerat A propter manifestam ipsius insufficientiam. Datum Laterani 4. id. Junii an. XVI.

22. Varia instrumenta diversarum appellationum * in-8°. a Bononiensi Episcopo ad Archiepiscopum Ravennatensem sub his annis; videlicet anno 1133. 1336. 1327. 1342. 1351. 1353. 1355. & 1240.

23. Electio Rectoris S. Andreæ de Bononia prope S. Petrum anno 1200.

24. Commonitio facta in provinciali Concilio congregato per Archiepiscopum Ravennatensem, quia suffraganei ipsius Archiepiscopi, nempe Mutinensis, Lunensis, Imolensis, Cesenatensis, Foropompiliensis, * Faventina, B Cerviensis, * Regina, Sarsenatensis, Adriensis, Parmensis, Comaclensis & Bononiensis unà conveniunt & concedunt ut valeat Archiepiscopus in civitates, castra & loca alia vices dictorum suffraganeorum agere & sententias ferre contra occupantes bona quæcumque jurisdictionis Ecclesiæ Raven. Actum an. 1261. die 4. Martii, tempore Alexandri 4.

25. Instrumentum Procuræ suffraganeorum Episcopi Raven. ad agendum & defendendum contra quoscumque & coram quibuscumque judicibus. Actum an. 1311. die 30. Junii.

26. Notula scripturarum Archivii Archiepiscopatus Raven. quæ consignatæ fuerunt C DD. de Santiis.

27. Acta quæstionis vertentis inter Episcopum Bononiensem & Canonicos Plebis S. Auximi de Pino Bononiensis an. 1312.

28. Jura quædam Bononiensia, notula seu index.

29. Commissio Urbani Quinti de provisione 20. scholarium de Romandiola qui debeant teneri & nutriri in schola Bononiæ. Datum Avinione die 4. Junii anno 2.

30. Procuratorum quorumdam Clericorum Spoletanorum ad comparendum coram Episcopo Bononiensi, ut inhibeat judicibus sæcularibus pro eorum excarceratione anno D 1312.

31. Exemplum cujusdam antiquæ Chartulæ de quibusdam fundis in Comitatu Bononiensi constitutis, ubi adest subscriptio Archiepiscopi Ravennæ & plurium aliorum qui interfuerunt in decisione quæ in forma Synodi habita fuit. Est lacerata in medio ut vix legi possit.

32. Jura pro collatione Ecclesiæ S. Andreæ de Machauto Bononiensis, an. 1228.

33. Instrumentum Procuræ Vicarii Episcopi Bononiensis ad agendum coram Archiepiscopo 1570. die 3. Septembris unà cum concessione facta per Bonifacium Ar- E chiepiscopum, de Terra Cavalli ad duos annos in favorem Comitatus Bononiensis anno 1277.

1. Item informatio facti & juris super confinibus Cavalli cum notula scripturarum omnium ad Ravennatensem Ecclesiam super curia Cavalli Podii & Mulinellæ, sunt Chartæ scriptæ N°. 6.

2. Item copia instrumenti confirmationis factæ per Bernardum Avoletum judicem Ravennat. Archiepiscopi in personam Procuratoris D. Cardinalis de Ferraria, recipientis nomine dicti Cardinalis in perpetuum Plebem Sancti Petri in Hostilato cum curte Hostilati

Hostilati quæ dicitur Costaldava Hostilati A pro se & Abbatibus succedentibus in Abbatia Pomposiana. Actum anno....

3. Item copia renovationis investituræ factæ Joannis de Quartirago ab Abbatibus Gavilli anno 1516. die 26. Martii.

4. Item receptio quorumdam testium super juribus diversorum locorum consistentibus in territorio Britonerii & aliis in locis quæ spectant ad Ecclesiam Ravennatensem; sunt chartæ scriptæ num. 13. an. 1540. die 5. Octobris.

5. Item informatio juris super Molendino in territorio Ravennæ consistenti quod jure emptionis ad Ecclesiam Ravennæ spectet.

6. Item notula variorum fundorum Ar- B chiepiscopatus Ravennæ & quot tornaturæ sunt in territorio Britonerii.

7. Item intimatio affictus completi ob non servata capitula & conventiones super bonis omnibus Archiepiscopi & Ecclesiæ Ravennatensis de an. 1554.

8. Item Literæ Alexandri Merandellæ ad Cardinalem & Archiepiscopum Ravennatensem super variis bonis devolutis Ecclesiæ sub datum Cesenæ die 3. Novembris 1540.

9. Sententia lata per Vicarium Archiepiscopi Fortanerii in causa Argentæ & Archipresbyterorum Plebis Sancti Martini de anno 1511. die 12. Septembris.

10. Investitura facta per Archiepiscopum C Ravennatensem D. Alphonso Duci Ferrariæ de Castro Argentæ, Lugii & Villæ Sancti Potiti de anno 1536. sub Pontificatu Pauli III. die 18. Febr. in membrana authenticum.

11. Transumptum mandati D. Herculis Ducis Ferrariæ in personam Gasparis Monzone pro investitura Argentæ anno 1536. die ultimo Januarii authenticum.

12. Instrumentum consignationis quarumdam reliquarum & certarum rerum factarum ser Dominico de Martiis & D. Balthasari Salæ di Fena habitanti Angentæ, anno 1503.

13. Exemplum instrumenti concordiæ initæ D inter Archiepiscopum Ravennæ ex una & commune ac homines Argentæ ex altera, anno 1525. die 25. Augusti.

14. Allegationes pro Duce Ferrariæ super Castro Argentæ.

15. Literæ Ducis Ferrariæ ad Archiepiscopum Ravennatensem quibus mittit suum Oratorem pro accipienda investitura Argentæ & aliorum locorum, quæ recognoscit ab Ecclesia Ravennatensi. Datum Ferrariæ V. Februarii 1536.

16. Notula ex Registro Petri Benincontri super affictu Philippi Archiepiscopi Ravennæ de Vicecomitatu Argentæ per unum annum E integrum Marchioni Ferrariæ pro * libris 2500. anno Domini 1270. die 3. Septembris. Ubi etiam plura de Cavallo & aliis locis & confinibus ejusdem.

17. Bona devoluta in Castro Argentæ contra D. Gasparem Ferrum.

Item de regimine montis Annonæ Argentæ.

Fasciculus inscriptus Argentæ, signatus PP.

1. Exemplum Bullæ Clementis Papæ qua confirmat locationem castri Argentæ factam per Archiepiscopum Ravennatensem Opizoni Estensi. Datum VII. Id. Nov. an. IX.

Item aliud exemplum cujusdam bullæ super locatione Castri Argentæ. Est imperfectum.

2. Instrumentum possessionis captæ de pluribus locis sitis in Comitatu Argentæ per Procuratorem Archiepiscopi Ravennatensis de licentia Vicecomitis ejusdem Castri, deputati per Opizonem & Nicolaum Estenses ad salinas in valle profunda in loco qui dicitur Lalugnana ad Carmelengam Casalia posita in Contrata Boccadini: Item de variis domibus sitis in eodem Castro Argentæ. Actum an. 1341. die 8. Octobris.

3. Notula quædam de bonis devolutis in Castro Argentæ.

4. Exemplum authenticum cujusdam instrumenti continentis capitulationes quasdam peractas per Archiepiscopum Simeonem cum communi Argentæ tam super bonis quæ possident a Ravennatensi Ecclesia ad Lucellum seu Emphyteosim, quam etiam super sententiis & condemnationibus maleficorum, quibus etiam concessit ad utendum, fruendum Cannam Marmortæ, Gavalenos & Petram fictam ad tenutas Cazandeli * pro eo quia ipsi debent manutenere ripas Padi, & Aggeris ruptos claudere. Actum an. 1223. die 4. intrante Januario.

5. Instrumentum renovationis quorumdam bonorum in Argenta ultimæ domus per viam Ripæ & alias in burgo ultra Padum. Item unam petiam vallis & aquæ Piscanæ in loco qui dicitur *il pian de Scallo Villa Gaiola*. Item aliam petiam vallis aquæ piscariæ nominatam *val de dosso* cum valle del fondo vel fossa bona. Actum 1501. die 16. Decembris.

6. Varia instrumenta de quibusdam fundis & aliis in Emphyteosim concessis per Archiepiscopum Ravennatensem, sitis in territorio Argentæ.

Primum, in loco qui dicitur Asserbale, an. 1316.

Secundum, Casamentum in burgo ejusd. an. 1222.

Tertium, Casamenta duo extra burgum Maurum 1230.

7. Quartum, alia tempore Simeonis Archiepiscopi 1223.

Instrumentum quo domus Arconus, &c. constituitur Rector & Vicecomes in Comitatu Argentæ per Archiepiscopum Ravennatensem cum assignatione emolumentorum an. 1217. die Cal. Maii.

8. Confessio cujusdam solaris debiti Argentæ an. 1205.

9. Instrumentum Augumenti dotis cujusdam mulieris Argentæ an. 1228.

10. Instrumentum Bertæ Mantelli Argentæ asserentis se esse gravidam, anno 1220.

11. Exemplum duorum statutorum communis Argentæ.

12. Varia instrumenta numero 15. continentia varias concessiones in Emphyteosim in territorio Argentæ 13.

Primum, in loco qui dicitur Mandria, an. 1227.

Secundum, aquæ Piscantiæ quæ vocatur Longani, an. 1238.

Tertium, in loco qui dicitur Asserbale 1314.

Quartum in plebatu portus 1230.

Quintum, quinque petia terræ variis in locis Argen tæ 1230.

Sextum, ad Tolbarillos & in corrigio Roxi 1349.

Septimum, Casalia quædam in burgo majori Argentæ 1350.

Octavum, in territorio Argentæ ad Pratisellos 1309.

Nonum, in eodem territorio 1254.

Decimum, in burgo majori Casamentum 1225.

Undecimum, in eodem territorio 1254.

Duodecimum, de filiis Masculis tempore Girardi Archiepiscopi 1172.

Decimum-tertium in loco qui vocatur Brucadore, an. 1181.

Decimum-quartum, in Contrata Grallelani 1315.

Decimum-quintum, Item alia, an. 1259.

13. Instrumentum pacis inter quosdam de Argenta & homines de Ravenna, ubi inter alia præceptum factum per SimeonemArchiepiscopum Ravennatensem hominibus Argentæ super fidelitate per eos præstanda Archiepiscopo Ravennatensi. Actum an. Domini 1220.

Fasciculus inscriptus jura diversorum Castrorum, signatus E.

1. Notula possessionum adeptarum in territorio Casa Murate ex commissione Alexandri Magnioli Gubernatoris & Vicecomitis status Ecclesiæ Ravennatensis pro illustrissimo Cardinali Sancti Angeli Archiepiscopo ejusdem Ecclesiæ, an. 1550.

2. Instructiones Castrorum & aliorum locorum Archiepiscopatus Ravennæ quæ a communitatibus & aliis sunt occupata variis in locis, hoc est, Arimini, Cesenæ, Forilivii, Faventiæ, Bononiæ.

3. Sententia excommunicationis lata per Domnum Latinum Legatum Sedis Apostolicæ Contra Potestatem & commune Ariminense, occasione invasionis Castrorum Ecclesiæ Ravennatensis existentium in Comitatu Ariminensi. Datum Imolæ secundo idus Januarii, an. 2. Pontificatus Nicolai III.

4. Notula quædam reddituum & aliorum jurium in Castro Muntiliano & quibusdam aliis locis.

5. Cartula continens examen quorumdam testium super-Castro novo quod competit Archiepiscopo Ravennatensi, & super juramentum præstitum per Comitem Lambertum.

6. Donatio castri Reversani per Comitem Ugonem D. Ordisio Archiepiscopo & Ecclesiæ Ravennatensi de an. 1144. die 30. Octobris.

7. Instrumentum investituræ factum per Gualterum Archiepiscopum Comiti Cavalcaconti pro se ac suis filiis masculis de Brittonorii (*sic*) cum toto suo tenimento sub quibusdam pactis & conditionibus, an. Domini 1130. die septima mensis Julii.

8. Instrumentum permutationis cujusdam fundi Archiepiscopatus Ravennatensis cum Abbate & Monachis Classis Sancti Severi ejusdem Civitatis sub an. 1265. die 12. Febr.

A 9. Fides de recepto de censibus solutis pro rebus sitis in villis & fundis Ambrosii, Dossi & Locaniliæ, an. 1358.

10. Notula quædam in pergameno super cessione Castri-novi continens memoriale quoddam instrumentorum super eod. Castro.

11. Instrumentum venditionis Castri-novi cum promissione de rato per Guidonem filium Comitis Lamberti, pro matre, sorore & uxore sua ad favorem Ecclesiæ Ravennat. Actum an. 1234. die 1. Octobris.

12. Instrumentum venditionis Castri Castagnani & Culenæ per Ardinisium Domno Simeoni Episcopo ejusque successoribus in Ecclesia Ravennatensi Actum an. 1234. die sexta Februarii.

B

13. Instrumentum quo Comes Cesenæ ad instantiam Archiepiscopi Ravennæ concedit plenam fidentiam ac securitatem in castris Casamuratæ, Montilliani & Montis novi, an. 1234. die decima-quarta exeunte Junio.

14. Cartula qua Philippus Archiepiscopus constituit D. Malatestam de Arimino Vicarium in castro Savignani, an. 1261. die 8. Januarii.

15. Cartula ratificationis compromissi cum castris & villis de Monte Feltro, an. 1252. die ultimo exeunte Maio.

C 16. Instrumentum obligationis de parendo Mandatis Domni Archiepiscopi Ravennatensis super excessibus quibusdam, ac præcipue super fracto confinio in Roversano, an. 1296. die 9. Jan.

17. Instrumentum quo Azo Estensis Marchio in feudum concedit Alidigeno de Fontana quicquid ipse Marchio habet in terra Villæ-novæ, an. 1263. die 3. Maii.

Item ibidem alia investitura facta per eundem Azonem Marchionem Estensem ad favorem Domni Bernardi de Fontana de pluribus terris sitis in Conca de Ramo in territorio Brariæ, anno 1254. die 8. Decembris.

D Item ibidem alia investitura per eundem Estensem Marchionem facta de terris sitis in Montagnana, an. 1238. die 9. exeunte Martio.

18. Juramentum fidelitatis præstitum Archiepiscopo Ravennatensi per quosdam de Bifaria, occasione cujusdam feudi quod sistit in Castro Bifariæ ad Ecclesiam Ravennatensem spectantis, an. 1251.

19. Collatio beneficii Sanctæ Mariæ in Tribo vacantis per resignationem in personam Camilli de Bagnacavallo per Abbatem & Monachos Sancti Vitalis, ad quos indultum legitime pertinebat Faventinæ Diœcesis, an. 1299.

E 20. Concessio Molendini facta Capitulo & Canonicis Cardinalibus Ravennæ, an. 1128.

21. Instrumentum continens conjurationem hominum de Roversano qui junctim præstiterunt se ad invicem auxiliaturos contra omnes, & quoscumque homines excepto Imperatore & Archiepiscopo Ravennatensi. Actum an. 1191. die 7. Maii.

22. Instrumentum quo Sindicus Communis Forolivii ponit in possessionem Molendinorum de Ponte de Ronco Domnum Camerarium Archiepiscopi Ravennatensis, an. 1284.

Item aliud instrumentum factum universitati Forilivii quod cesset ab inquietatione portan-

tium ad macinandum in Molendinis Pontis Ronchi.

23. Servitia quæ habet Ecclesia Ravennatensis in Castro Roversani.

24. Instrumentum quoddam corrosum super jurisdictione Archiepiscopi Ravennatensis in Monasterio Classensi & D. Priore Camalchi*..... an. 1230.

25. Federici Imperatoris & Regis Siciliæ Literæ ad Ugolinum de Parma Comitem Romaniæ, ut homines de Castro-novo jurent fidelitatem Uberto Comiti sub pœna impositionis in banno. Datum.... Decembris indictione 9ª.

26. Literæ Roberti Ducis Burgundiæ attestationis literarum Philippi Regis Francorum in favorem Archiepiscopi Ravennatensis expeditarum pro libero & tuto transitu per Regnum Franciæ. Datum apud Montem Taium, vel Faium, vel Baium, an. 1300. in festo Cathedræ Sancti Petri.

27. Sententia de immittendo in possessionem Archiepiscopum Ravennatensem de omnibus fundis positis in Pola & ejus districtu anno 1597. die 5. Martii, & anno 1399. die 16. Julii.

Fasciculus inscriptus Jura diversorum Castrorum, signatus EE.

1. Mandatum Legati Sedis Apostolicæ ad Archiepiscopum Ravennatensem ut possit accipere civitates & castra pro Ecclesia Romana ann. 1248.

2. Instrumentum donationis quarumdam petiarum terræ in fundo qui dicitur Gayetto in Plebatu Britonorii, anno 1168.

3. Donatio unius petii terræ in fundo Matalesa in Plebatu S. Zachariæ, ann. 1100.

4. Donatio unius tornaturæ terræ ad favorem Prioris Ecclesiæ Monasterii S. Georgii in fundo qui dicitur Fontana, ann. 1145.

5. Instrumenta cujusdam concessionis factæ per Saracenum de Giulia plebis S. Damiani, ejus successoribus in ea plebe, hoc est, de parte quam habet in molendino juxta Pontem fluminis Sapii, ann. 1153.

6. Cartula quædam in pergameno continens querelas Archiepiscopi Ravennatensis super Casamurata & aliis castris.

7. Declaratio D. Riccardi de Ferentino Sedis Apostolicæ Nuncii, quod restitutio facta communi Cesenæ ad honores, gradus & dignitates, ac etiam ad castra cæteraque alia bona, non præjudicet Ecclesiæ Ravennatensi. Datum Cesenæ, ann. 1295. die 20. Augusti.

8. Copia sententiæ latæ contra communitatem Forolivii in favorem Ecclesiæ Ravennatensis pro territorio Casamuratæ.

9. Copia brevis Leonis X. super restitutione bonorum Ecclesiæ Ravennatensi.

10. Copia capitulorum affictus Archiepiscopatus Ravennatensis cum Francisco Belloti Florentino, ann. 1553.

11. Inventaria Molendinorum Archiepiscopi Ravennatensis, ann. 1596.

Item ibidem capitula cum Molendinariis Archiepiscopatus.

Item affictus possessionum Archiepiscopatus cum D. Fulcano * Genaro, ann. 1550.

A 12. Informatio pro rebus devolutis ad Ravennatensem Ecclesiam, ann. 1550.

Item Inhibitio facta ser Alditio di Castello pro ædificio in campo boum, ann. 1497.

Item Facultates Illustrissimi Cardinalis de Ravenna.

Item Banna & edicta Episcopatus de mandato Illustrissimi Cardinalis S. Angeli de Farnesio.

13. Mandatum ad capiendam possessionem Abbatiæ de Gavello, ann. 1524.

14. Pro castris Ecclesiæ Ravennatensis destructis.

15. Pro castro Ripariæ.

B 16. Compromissum hominum Castrinovi, ann. 1217.

17. Instrumenta in Capella Cogliani Ariminensis, ann. 1398.

18. Jura Montiglioni, ann. 1306.

19. Pro castro Aurioli, ann. 1300.

20. Pro eodem castro, an. 1312.

21. *Nota pro Ecclesia S. Apollinaris de .. ann. 1304.

22. Donatio facta a Petro Joannis Monasterio S. Laurentii, ann. 1138.

Sunt & alia varia instrumenta usque ad numerum 51.

C *Fasciculus inscriptus Jura diversorum Castrorum, signatus C.*

1. Varia instrumenta continentia concessiones diversarum petiarum terræ, ac jurium castri Aurioli, an. 1368. tempore Urbani V. & castri Montilliani, Villæ S. Thomæ Cesenatis, castri Salliani Cesenatis.

2. Jura Comitatus Cogliani Ariminensis, an. 1390. tempore Bonifacii IX.

3. Instrumenta nº. 8. in quibus continentur jura castri Montilliani Ravennatensis Ecclesiæ & recordatio redditunm ejusdem castri.

4. Instrumenta nº. 33. in quibus continentur jura castri Soriolæ.

D 5. Instrumenta nº. 7. in quibus continentur jura castri Roversani.

Item ibidem Instrumenta nº. 9. super juribus ejusdem castri Roversani.

6. Jura districtus Cavalli.

Item Examen quorumdam testium super rebus castri Cavalli ad Ecclesiam Ravennatensem spectantibus, sunt chartæ inscriptæ nº. 9.

7. Instrumenta tria, in quibus continentur jura castri Granarolæ.

8. Quinternus renovationum antiquarum Ariminensium de anno 1305.

9. Instrumentum quo Tostamenus, & Guido Frez in manibus Reverendissimi Gualterii Archiepiscopi medio juramento renuntiant id totum quod Rodulphus avus & Ascardus eorum pater detinebant ex parte Rubiconis & exsuper castra Montis acuti Cartaneani atque Culinæ cum omnibus suis juribus & districtibus. Actum anno Domini 1136. tempore Innocentii Papæ & Lotharii Imperatoris, die 22. Junii.

E

10. Transumptum concordiæ inter Archiepiscopum Ravennatensem & Cervienses, ex qua probatur quod non obstante privilegio Lucii & Urbani Summorum Pontificum, nihilominus Cervia ejusque Ecclesiæ recognoscunt Archiepiscopum Ravennatensem. Actum an. Domini 1197. die 14. Februarii.

11. Instrumentum donationis Bonifacii filii Lamberti pro se ac fratre suo Corbelo de variis castris Anselmo Archiepiscopo Ravennatensi, medietatem castri Montis alti, cujus aliam medietatem avus suus donaverat* dum castrum Cauleni cum Plebe S. Apollinaris: confirmat etiam donationem Alberti avi sui, vel aliam medietatem dicti castri Montis alti, medietatem castri Massæ Montis S. Stephani, castrorum Rangolæ cum monte Servuli, castra Montiguli, Glazoli, castrum novum, & confirmat etiam donationem Matildæ aviæ suæ, vel castra Madicæ & Montis acuti, Casale Agneti, castrum Vallis de Ava, castrum Rualdini & quicquid ad eum spectat in civitate Lucensi, & castrum Meldulæ. Actum an. 1158. die ultimo Junii.

Archiepiscopo Ravennatensi anno 1342.

34. Instrumentum Procuræ quorumdam de Capella S. Martini de Apostadæ Bononiensi 1341.

35. Cartula electionis Episcopi Bobiensis per Clerum & populum cum subscriptione plurium.

36. Instrumentum dotis Bononiensis 1313.

37. Instrumentum Procuræ Bononiensis 1142.

38. Lucii Papæ literæ Abbatibus universis Monasteriorum Bononiensium S. Bartholomæi & S. Damiani, ut præstent procurationes Archiepiscopo Ravennatensi, ad quas ipsi tenentur prout apparet ex actis & lite diutius coram ipso agitata. Datum Veronæ 3. Non. Januarii.

39. Innocentius Potestati & Concilio Bononiensi ut manuteneant & defendant loca & jura Ecclesiæ Ravennatensis quoties ab Archiepiscopo fuerint requisiti. Datum Laterani Cal. Maii an. 3.

Investitura per Archiepiscopum Ravennatensem ad favorem Domni Gasparis de Malvicinis de Bononia de quatuor possessionibus & habitatione domorum & aliis pluribus, Ravennæ an. 1523.

Fasciculus inscriptus Mutinensis, Regiensis, signatus V.

1. Inhibitio Vicarii Ravennæ facta Vicario Mutinensi in causa appellationis 1310.

2. Instrumentum Procuræ Mutinensis ad comparendum coram Archiepiscopo Ravennatensi 1314.

3. Instrumentum Procurationis per Domnum Zachariam super causa appellationis Mutinensis, an. 1355.

4. Quædam acta facta coram Vicario Episcopi Mutinensis, an. 1319.

5. Bonifacii Ravennatensis Archiepiscopi literæ ad ejus Vicarium; committit causam vertentem inter Canonicum S. Martini Turonensis & Canonicum Reginensem. Datum Romæ die 12. Decembris 1283.

6. Instrumentum appellationis Reginensis, sub annis 1347. 1310. 1350.

7. Reginensis appellatio 1304.

8. Instrumentum Procuræ Reginensis 1348.

9. Instrumentum Procuræ Mutinensis 1345.

10. Literæ Vicarii Episcopi Mutinensis ad Vicarium Archiepiscopi Ravennatensis super quadam appellatione, an. 1336.

11. Mutinens. obligationum, an. 1313.

12. Reginensis societatis, an. 1328.

13. Mutinensis Episcopi juramentum fidelitatis præstitum Archiepiscopo & Ecclesiæ Ravennatensi sub Symeone.

Fasciculus inscriptus Faventinus, signatus X.

1. Instrumentum procuræ Prioris Fratrum S. Perpetuæ de Faventia ad agendum & excipiendum, an. 1312.

2. Instrumentum procuræ Faventini Episcopi ad se excusandum ratione visitationis ad quam tenetur Episcopus in festo S. Apollinaris apud Ecclesiam Ravennatensem, an. 1305.

3. Instrumentum Episcopi Faventini ad exigenda & locanda omnia & singula bona Episcopatus. Actum an. 1344.

4. Varia instrumenta n°. 7. continentia varia mandata Faventina sub his annis 1336. 1370. 1332. 1334. 1330. & 1314.

5. Instrumenta n°. 7. appellationum ab Episcopo Faventino ad Archiepiscopum Ravennatensem, sub his annis 1312. 1313. 1330. 1333. 1337. & 1347.

6. Bannum datum per Potestatem Faventinam contra Paganinum super eo quod fuerat de falso inquisitus, an. 1305.

7. Procuratorium super causa cum Episcopo Faventino super Plebe S. Proculi 1370.

8. Procuratorium Fratrum S. Perpetuæ de Faventia in causa coram Archiepiscopo, an. 1313.

9. Faventina appellatio 1314.

10. Instrumentum Cevuli de Bonamicis de S. Stephano ratione depositi Faventiæ 1314.

Fasciculus inscriptus Imolæ, signatus C C.

1. Instrumentum mandati hominum de terra Anconatæ Comitatus Imolæ super causa quam habent cum Episcopo Faventino super Plebe S. * Pituli. Actum an. 1337.

2. Processus Imolensis in causa vertente inter Archipresbyterum plebis S. Laurentii de Imola & Rectorem Ecclesiæ S. Leonardi Imolensis Diœcesis. Actum an. 1346.

3. Processus, seu acta quædam causæ vertentis inter capitulum plebis S. Prosperi Imolensis & Plebanum plebis de vico Pisano, an. 1337.

4. Sententia quædam lata per Vicarium Episcopi Imolensis super quadam causa cujusdam mutui, an. 1336.

5. Varia instrumenta n°. 6. continentia appellationes ab Episcopo Imolense ad Archiepiscopum Ravennatensem, sub annis 1310. 1317. 1117. 1342. 1330. 1356.

Imolæ instrumentum Mutui, an. 1232.

Imolensis appellatio ad Ravennatensem Archiepiscopum 1332.

Alia appellatio 1338.

Instrumentum præsentationis literarum Clementis Papæ VI. factæ Episcopo Imolensi de subsidio Terræ-Sanctæ.

Fasciculus inscriptus Placentiæ, signatus DD.

1. Consideratio Episcopi Placentini per Moysem Archiepiscopum Ravennatensem, an. 1151.

2.

2. Eugenii literæ ad Moyſem Archiepiſcopum Ravennatenſem de confirmatione per ipſum facta Epiſcopi Placentini, ſalvo jure Eccleſiæ Ravennatenſis; quodque de controverſia inter ipſum & Placentinos de confirmatione Epiſcopi, infra terminum competentem ad Romanam Curiam juribus ſuis inſtructus accedat. Datum Romæ 4°. Cal. Aprilis.

3. Lucii Papæ ad Clerum & populum Ravennatenſem ſuper electione Moyſis in Archiepiſcopum Ravennatenſem & de obedientia eidem præſtanda per Epiſcopum Placentinum juxta tenorem privilegiorum Ravennatenſis Eccleſiæ. Dat. Laterani 2°. Non. Junii.

496. Lexicon Latino-Germanicum.

497. Lexicon Latino-Germanico-Bohemicum.

498. Hori Apollinis Hieroglyphica latine translata.

499. Joann. Trithemii Polygraphiæ libri sex.

500. Imagines equestres Imperatorum Romanorum a C. Julio Cæsare ad Rudolphum II.



INVENTARIUM LIBRORUM EDITORUM ET MANUSCRIPTORUM CONTRA TURCAS.

ILLUSTRISSIMO DOMINO ET HEROI GENEROSISSIMO Domino Adamo a Dietrichstain Libero Baroni & Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliario & supremo ejusdem aulæ Præfecto.

Hugo Blotius Sacræ Cæsareæ Majestatis Bibliothecarius, animo venerabundo hoc levidense munus mittebat, Vienna III. Non. Decembris anno 1576.

Exemplum Epistolæ ad Cæsarem scriptæ.

Divo Rodulpho II. P F. Roman. Imperatori semper Augusto, &c.

Sacra Cæsarea Regiaque Majestas.

INVENTARIO voluminum in sacræ Cæsareæ Majestatis tuæ Bibliotheca extantium celeriter & veluti tumultuarie confecto, restabat, ut exactioris alicujus operis specimen exhiberem ejusmodi, ex quo constaret indices, quos instituo copiosissimos, non tantum Majestati tuæ jucundos, multisque aliis hac Bibliotheca usuris utiles, verum etiam Consiliariis tuis multis in deliberationibus necessarios futuros. Nec inconsultum videbatur, a libris Turcicis, his maxime temporibus auspicari. Sunt enim & multi, & ex his non pauci qui de propulsanda Turcarum tyrannide consilia satis salutaria suppenditare videntur. Credo equidem plurimos in Augusto Senatu viros excellenti judicio & maxima rerum experientia præditos, æque recta, immovero salubriora interdum consilia suppeditare posse, æque atque illi olim potuerunt, qui Regum & Principum Legati in Comitiis Imperii Romani Orationes apud Majores tuos compositas ac magnificas de hisce rebus habuerunt. Extant quidem jam inde a capta Constantinopoli orationes, libri aliaque scripta a magnificis viris diversis temporibus elucubrata, eaque omnia inculcantia quibus Christiani nominis homines respirare & superbus, immanis ac barbarici hostis conatus aut superari, aut certe retardari, & reprimi posse sine magno nostro incommodo videretur: quæ diligenti Nicolai Novopontani & Augerii Busbekii studio conquisita & in Cæsaream tuam Bibliothecam relata sunt. Verum generales illæ rerum Turcicarum considerationes, nempe concordia atque obedientia illorum res augeri, discordia vero, odio, invidia, ambitione, & rerum privatarum studio nostras vires debilitari: & interitum tandem nisi caveamus Reipublicæ Christianæ miserandum portendi, & sexcenta talia, non minus jam a nostris senatoribus intelliguntur, quam ab illis quorum consultationes scriptas & Typis excusas in manibus habemus. Specialia vero illa ut quas primum Turcarum arces invadere, quas nationes ipsi subjectas tentare, quibus opibus item fines nostros contra omnem impetum munire conveniat & similia, quia

quia in annos fere singulos pleraque mutantur, scriptis illis majorum nostrorum consiliis regi aut administrari hoc tempore nequeunt. Attamen quamquam hæc ita sunt, negare tamen nemo potest non pauca majorum edita esse consilia nunquam variantia; sed semper, si quis uti velit, fructuosa atque utilia manentia: tum etiam eam esse humanæ memoriæ labilitatem, eamque variorum negotiorum multitudinem & concursum, ut non omni tempore cuncta omnibus in deliberando succurrere possint. Neque quisquam est omnium qui non fateatur sæpissime se librorum lectione fuisse adjutum; vel quod quæ alioqui sciebat non in mentem venirent cum opus esset, vel quoniam ea quæ ipse excogitaverat ingenio, majorum quoque scriptis olim comprobata fuisse deprehenderet, adeo ut jam minus dubitanter ea in medium adferre auderet. Denique in his libris multa sunt quæ plebem mirifice ad causam communem tuendam, ad arma intrepide capienda & ad facultates in bellum alendum suppeditandas excitant: quæ persuasio quantum in Republica robur habeat, nemo non videt: quo circa opere precium facturus videor si ex hac tanta librorum de Turcis & contra Turcas scripturarum segete unum quoddam corpus conflavero integrum, sanum & salutare; ut quidquid in omnibus boni veluti succi & sanguinis fuerit, in hoc unum translatum cernatur, recisis omnibus ad rem non pertinentibus, ne emptorum sumptu inutili, aut lectorum lectione non necessaria gravetur. Sylva autem librorum universa in duas distribuenda classes videtur, in quarum alteram ea quæ ad historiam Turcicam, in alteram quæ ad retundendam Turcarum insolentiam & stabiliendas nostras vires pertinebunt, conjiciantur. Quod si sacræ Cæsareæ Majestati tuæ hoc meum institutum emittam, nec minus ego ex Bibliotheca tua Cæsarea in toga stilo & calamo, quam reliqui milites ex castris & classe militavi in sago, acutis telis oppugnans atque vulnerare connitar. Proinde quemadmodum ex Bibliotheca tua Cæsarea hos Turcicarum rerum libros ordine alphabeti in concinnum catalogum ita redegi, ut facillime inveniri & legere cupienti exhiberi possint; eodem modo propediem Austriacarum, Hungaricarum, Polonicarum, Boiemicarum, Moscoviticarum, Germanicarum, Italicarum, Hispanicarum, Gallicarum, Belgicarum rerum, aliarumque omnium nationum libros in catalogo contraham, ordines rerum seriarum, jocosarum, lætarum, tristium, non tantum in historicis, verum in Theologicis, juridicis, medicis, cæterisque artibus & disciplinis tales instituam, ut verum tandem esse cognoscatur id quod pridem a multis in hac aula viris magnis recepi; hanc Bibliothecam Imperatoriam, si non librorum copia & specie, aut parietum pulpitorumque ornatu & splendore, at certe usu eorum quæ aderunt, nulli alterius Regis aut Principis Bibliothecæ, ne Vaticanæ quidem, cessuram. Singulas autem classes leviter, ut in hac Turcica factum apparet, compingendas curabo ut postea minori consumptu dissolvi, & simul omnes in potiora volumina, sed majora ornatioraque & Imperiali Majestate digna redigi ac conglutinari queant.

A Interim sacræ Cæsareæ Majestati tuæ & valetudinem integram & consiliorum actionumque exitum spe nostra & bonorum optatis dignum precor. Vienna ex Bibliotheca Cæsarea tua Calendis Decembris 1576.

Sacræ Cæsareæ Majestati tuæ diditissimus & ad omnia paratissimus cliens Hugo Blotius.

TURCICA LATINE.

Librorum & orationum de Turcis & contra Turcas scriptarum catalogus ordine alphabetico dispositus.

B

A.

Abdaliæ filii Mahumetis Theologia dialogo explicata *in-4°.*

De Acoltis, *vide* Benedicti de Acoltis.

Adelmannus, *vide.* Conradi Adelmanni.

Adhortatio Ferdinandi Ungariæ & Bohemiæ Regis ad contributionem contra Turcas, *vide* Ferdinandi Ungariæ.

Adventus Turcarum certus nec creditus, *V.* Joannis-Baptistæ Catanei.

Aeneæ Sylvii de Turcarum origine & moribus commendatiuncula, quæ extat inter opera Sylvii Basileæ impressa ab Henrico Petri filio.

C

Aeneæ Sylvii de Bello contra Turcas suscipiendo oratio prima habita ad Germanos & ejusdem alia in Conventu Mantuano habita 6. Kalendas Octobris anno 1459.

Aeneæ Sylvii Epistola ad Morbisanum, *vide* Pii II. Papæ.

Aeneæ Sylvii de captione urbis Constantinopolitanæ brevis narratio, *V.* Pii II. Pontificis.

Aeneæ Sylvii de Constantinopolitana clade & bello contra Turcas congregando oratio.

Aeneæ Sylvii, sive Pii secundi Parænetica, sive monitoria ad Turcam oratio.

D

Aifflictio tam captivorum, quam etiam sub Turcæ tributo viventium Christianorum cum figuris res claræ exprimentibus. Item de Turcarum ritibus Authore Bartholomæo Giurgivits, seu Georgiust qui XIII. annos apud Turcas servitutem servivit. *V.* Vormatiæ. Gregorius Comiander excudit anno 1545. *in-octavo.*

De afflictione Christianitatis per Turcas. De origine.... Africani belli descriptio.

Rerum ad Agriam gestarum anno 1552. brevis narratio Joannis Sambucii, *in quarto.*

Agricola, *vide* Georgii Agricolæ.

De Alba in Hungaria a Turciis expugnata Epistola 1. Joannis Martini Stellæ.

E

Alberti Viemenstadii scripta in Alcorani Epitomen. Alcoran. *V.* Mahumetes.

Alcorani Epitomæ, *V.* Epitomæ.

Alcorani confutatio.

Alcorani cribratio.

De Alcorani conversione Roberti Ketenensis præfatio ad Cluniacensem abbatem.

De Alcorani translatione Cluniacensis Abbatis Epistola.

Pro Alcorani editione Theodori Bibliandri apologia.

Alcorani confutationes a variis doctissimis viris scriptæ.

B.

a populo Christiano, *V.* Theodori Bibliandri.

Christianæ fidei confessio facta Sarracenis incerto autore, Græce & Latine, quæ extat in primo exemplari confutationum, fol. 166. & desinit in fine libri.

Christophorus Caluetus, *V.* Joannes Christophorus Caluetus.

Christophorus Richerius Gallus de origine Turcarum, de Turcicæ gentis moribus & institutis: ejusdem Mahumetes Propheta; cujus exemplar est in historiis Sarracenorum, fol. 192. & continuatur usque ad fol. 223.

Christophorus Richerius de Castelli-novi obsidione, oppugnatione ac direptione.

Christophori Richerii descriptio Constantinopolis secundo a Mahumete expugnata, *vide* Constantinopolis.

Christophori Richerii descriptio vitæ Tamerlanis, quæ extat in historiis Sarracenorum, fol. 223.

Chronicon Hungariæ Joannis de Tuvotz.

Chronicon Wolfgangi Drechsleri de Sarracenis & Turcis; item de origine, progressu & fine Mahumeti & quadruplici exprobratione Prophetiæ ipsius, Joannis Galensis Angli liber. Excudit Argentorati Jacobus Jucundus, ann. 1650. *in*-8°.

Chronica Rhapsodia de Regibus Hierosolymitanis.

De Clade Varnensi liber, *V.* Petrus Callimachus.

Claramontense Concilium sub Urbano II. Summo Pontifice de expeditione Cruciatorum Hierosolymitana. *V.* Kudberti historia.

Clemengis, *V.* Nicolaus de Clemengis.

Coram Clemente VII. Pont. Max. oratio habita de Rhodiorum oppugnatione ac deditione, *V.* Thomæ Guichardi.

Cleonardus, *V.* Nicolaus Cleonardus.

Cluniacensis Abbatis Epistola de translatione Alcorani. *V.* Epistola ad Cluniacensem Abbatem præfati Roberti Ketenensis de Alcorani conversione.

Commentarius de Aphrodisio, seu Africa expugnata. *V.* Joan. Christophorus Caluetus.

Commentarius Pauli Jovii Turcicarum rerum.

Commentarius de bello Melitensi, *V.* Villagagnon.

Commentarii Hieronymi Comitis Alexandrini de acerrimo & omnium difficillimo Turcarum bello in insulam Melitam gesto, ann. 1565.

Commentariolus de Melitensium obsidione. *V.* Barthol. Griphii.

Commentatiuncula Æneæ Sylvii de moribus & origine Turcarum, *V.* Æneæ Sylvii.

Commentatiuncula Hieronymi Savaronolæ quæ extat in primo exemplari confutationum fol. 3. & vix duas paginas continet.

De Concordia domi in Germania constituenda. *V.* Nicolai Reusneri Leobergensis.

Confessio fidei Christianæ Saracenis facta.

Conflictus Pannonicus in quo Rex periit, *V.* Joannis Antonii Flaminii.

Conflictus a Pannoniis contra Turcas feliciter editus.

Confutatio Alcorani, *vide* Richardi Florentini.

A Confutationes legis Mahumeticæ quam vocant Alcoranum a variis doctis Viris scriptæ, *in-fol.* 1550.

Conjecturæ de ultimis temporibus & fine mundi ex sacris literis autore Andrea Osiandro, Norimbergæ apud Joannem Petreium 1544. ex hoc etiam aliquid in Turcas erui potest.

Conradi Adamanni ab Adelmansfelden Canonici & Cellerarii Augensis libellus de origine, ordine & disciplina magni Turcæ domi forisque habita, sine Typographiæ loco & tempore.

Conradi Clauseri versio libri Græci Laonici
B Chalcondylæ de origine & rebus gestis Turcorum, *V.* Laonici Chalcondylæ.

Consolatio ex Sacra Scriptura ad deplorandam ruinam populi Christiani & victoriam Turcarum in eos.

Consolatorii sermones ad plebem & milites imminente obsidione, *V.* Joan. Fabri.

Conspiratio contra Turcam. *V.* Sincretismus.

Constantinopolis capta, *V.* Isidorus Cardinalis Rutenensis. Item *V.* Leonardus Chiensis. Item *V.* Guillelmus Caoursin.

Constantinopolis a Mahumete Secundo expugnata, descripta a Christophoro Richerio quæ descriptio invenitur in historiis Saracenorum, fol. 227. usque ad folium 231.
C

Constantinopolitana clades ab Ænea Sylvio descripta.

Constantinopolitani Regis Cantacuzeni contra Mahumeticam fidem Christiana assertio, *V.* Joannes Cantacuzenus.

Consultatio Papæ Leonis X. pro expeditione contra Turcam.

Consultatio utilissima de bello Turcis inferendo & obiter enarratus Psalmus XXVIII. per Erasmum Roterodamum Viennæ, ann. 1530. *in*-8°. excudit Hieronymus Victor.

Consultatio ad nominis Christiani Socios quanam ratione Turcarum dira potentia a
D populo Christiano repelli possit ac debeat Theodoro Bibliandro auctore, Basileæ per Nicolaum Brilingerum 1542. mense Martio *in*-8°. *V.* Theodori Bibliandri.

Contributionem de bonis a Deo collatis faciendam esse ut Turcis resistatur, *V.* Ferdinandi Ungariæ.

Coptius, *V.* Franciscus Coptius.

Coriolani Cepionis de rebus Petri Mocenici Imperatoris Veneti contra Turcas gestis libri III. *in-fol.* Basil. 1556. *V.* Laonicus Chalcondyla.

De cremento Turcorum.

Cribratio Alcorani Nicolao de Cusa Cardi-
E nali auctore in primo exemplari consultationis fol. 21. & extenditur usque ad fol. 82.

Cruciatorum expeditio Hierosolymitana, *V.* Kudberti historia.

Curio, *V.* Celius Secundus Curio & Celius Augustinus Curio.

Cuspinianus, *V.* Joannes Cuspinianus.

D

Dalmata, *V.* Hermanus Dalmata.

Decimæ a Papa ex Germania petitæ in expeditionem Turcicam.

Declamatio de bello Turcis inferendo.

Deditio Rhodi, *V.* Thomæ Guichardi.

Defectus

Defectus Sectæ & Imperii Turcici prope diem imminens, V. Joannis Viterbiensis.

Deliberatio Imperatoris Maximiliani I. De bello Turcico, V. Georgii Sobini narratio.

Dentatus, V. Joachimi Minsingerii Dentati.

Deploratio miserarium & cladis Christianorum autore Georgievitz.

Descriptio expugnationis arcis Temesvariensis a Joanne Sambuco.

Descriptio insulæ Melitæ, V. Villagagnonis.

Dialogus de bello Turcis inferendo, V. Jacobi Vuimphelingi.

Dialogus de Tartarorum, Saracenorum, Turcarum & Gentilium sectis & religionibus, ac earumdem confutatione. V. Joannis Stambleri, dialogus.

Dialogus inter discipulum deplorantem ruinam populi Christiani & victoriam Turcarum in eos, atque Magistrum ex sacra Scriptura eum consolantem, impressus Memminge per Albertum Kumede Duderstat Moguntini Dioecesis anno 1494. *in*-4°.

Dialogus de Theologia Mahumetis Abdalæ filii, *in*-4°.

Dickius, V. Leopoldus Dickius.

Didaci Mauri brevis Epitome rerum ad Malacam in Hispania gestarum, an. 1487.

Didaci Mauri Historica narratio de victoria Regis Hispaniarum Ferdinandi Catholici contra Mauros Granatenses, an. 1488.

Dilfus, V. Francisci Dilfi.

Dionysius Carthusianus contra Alcoranum ab initio Elenchi usque ad fol. 597. ubi desinit liber Coloniæ impressus.

Disciplina militaris Magni Turcæ, V. Conradi Adelmani.

De Discordiis Christianorum sedandis.

De Dissidiis Europæ Vivis dialogus.

Doctrina Mahumetis ejusque successorum, V. Mahumetes.

Doctrina Mahumetis Dalmata.

Drechslerus, V. Wolfgangus Drechslerus.

E

Eckius, V. Joannes Eckius.

Pro Editione Alcorani Theodori Bibliandri Apologia, V. Egnatius, V. Baptista Egnatius.

Ad Electores Romani Imperii de bello contra Venetos & Turcas suscipiendo carmen exhortatorium. Heliani, V. Ludovicus Helianus.

Elegia Henrici Bebelii ad Maximilianum Imp. in expeditionem contra Turcas.

Elegia contra Turcas pro Christianis autore Joanne Silesio.

Eleutherii Magnesii Epidaurii Epistola de Turcarum Barbarorumque naufragio in sinu Adriatico facta, Venetiis edita 1538.

Epistola de Alba in Ungaria a Turcis expugnata, V. Joannis Martini Stellæ.

Epistola Eleutherii Magnesii de naufragio triremium Turcicarum & Barbarorum, V. Eleutherii Magnesii.

Epistola Henrici Peniæ de gestis Sophi contra Turcas, V. Henrici Peniæ.

Epistola Jacobi Funtani de victa Rhodo ad Adrianum sextum Pontificem Maximum, V. Jacobi Funtani.

A Epistola Martini Lutheri in Saracenorum historias, V. Martinus Lutherus.

Epistola Morbisani ad Papam, V. Pii II. Papæ.

Epistola ad Morbisanum Turcarum Principem, V. Pii II. Papæ.

Epistola de Naxo insula a Turcis occupata, V. Joannis Crispi.

Epistola Pauli Rubigalli Pannonicæ afflictæ ad Germaniam, V. Pauli Rubigalli.

Epistola Raimundi * Tituli ad S. Romani Imperii Principes de expeditione contra Turcam suscipienda, V. Raimundi Tituli.

Epistola Raimundi Tituli de bello contra Turcum promovendo ad Helvetios scripta.

B Epistola Sibyllæ Reginæ Hierosolymorum ad Fridericum primum Imperatorem de perfidia Græcorum & toxico a Soldano in farina & vino misso, V. Friderici I.

Epistola Theodori Gazæ de origine Turcarum, V. Theodori Gazæ.

Epistola exhortatoria ad Carolum VII. Francorum Regem Francisci Philelphi de bello contra Turcas suscipiendo.

Epistola Jacobi Funtani de Rhodi expugnatione.

Epistola D. Petri Abbatis Cluniacensis ad D. Bernardum de translatione Alcorani.

C Epistolæ Imperatoris Turcarum ad Respublicas & Reges, *vide* Imperator Turcarum.

Epistola Nicolai Cleonardi Peregrinationum & de rebus Mahumeticis.

Epistolæ Sophi Regis Persarum ad Carolum V. Imperatorem, & Ludovicum Regem Ungariæ de perpetuo foedere & armis sociis contra Turcam capessendis, V. Sophi.

In Epistolas magni Turcæ Mahumetis præfatio ad Franciscum Beltrandum Comitem V. Laudivii Equitis.

Epitome Alcorani cum scriptis Alberti Witmenstadii editis anno 1543. *in-quarto*.

Eques Hierosolymitanus, V. Laudivius.

D Erasmus Roterodamus de bello Turcis inferendo, V. consultatio utilissima.

Erasmi Vitelli oratio in Augustano conventu ad Cæsarem maximum habita coram omnibus S. Rom. Imperii Electoribus, anno 1518. Augustæ Vindelicorum excusa, *in-quarto*.

Esdræ Prophetæ somnium Vaticinium, V. Vaticinium somnium.

Europæ expostulatio cum Germania, V. Pauli Chimarræi.

De Europæ dissidiis Ludovici Vivis Dialogus.

Exegeticon ad arma contra Turcam sumenda, V. Petri Litterati.

E Exhortatio saluberrima ad preces contra Turcam fundendas, autore Martino Luthero Francoforti Petrus Brubahius 1546. *in-octavo*.

Exhortatio ad Italiæ Principes contra Turcas, V. Cardinalis Nicæni.

Exhortatio ad arma contra infideles capessenda, V. Stephani Basignanatis.

Exhortatio ad arma contra Turcas suscipienda, V. Joannis-Bapt. Catanei.

Exhortatio ad bellum contra Turcas suscipiendum, V. Joachimi Minsingeri. Item, V. Friderici Nauseæ.

Exhortatio ad bellum contra Turcas suscipiendum Doctoris Justini Goblerii.
Exhortatio ad principes nomine Parisiensis Universitatis, Nicolai de Clemengis.
Exhortatio contra Turcas Georgievisioautore.
Exhortatio in Barbaros, Turcos, Scythas, Joannis Mercurii Corrigensis Antuerpiæ per Theodericum Martini 1502. *in-quarto.*
Exhortatoria ad bellum Turcis inferendum ad Germaniæ Principes, *V.* Ulricus. Hultenus.
Exhortatoria Epistola ad Carolum VII. Francorum Regem de bello contra Turcas suscipiendo, conscripta a Francisco Philelpho.
Exhortatorium Carmen ad Imperium, & Electores de bello contra Venetos & Turcas suscipiendo, Ludovici Heliani.
Expeditio Cruciatorum Hierosolymitana, *V.* Rudberti historia.
Expeditio Asiatica in Turcas & Saracenos, *V.* Fridericus I.
Expeditio & arma contra insideles Turcos & nominis Christiani hostes capessenda illisque bellum movendum.
Expeditio in Turcas suscipienda, *V.* Ulricus Hultenus. Item, *V.* Georgium Agricolam, item, *V.* Norimbergæ coram. Item, *V.* Joan. Baptistæ Catanei.
Expeditio & arma contra Turcam sumenda liber Maximiliano secundo dicatus, *V.* Petri Litterati.
Expeditio in Turcas suscipienda, *V.* Friderici Nauseæ. Item Joachimi Minsingerii. Item Richardi Bartolini. Item Cardinalis Nicæni. Item Joannis Silvestris.
Expeditio Caroli V. in Africam, *V.* Caroli V.
Expeditionis Ferdinandi Archiducis Austriæ in Hungariam descriptio per Wolfgangum Lazium ad Fuggerum missa, ab Haintzelio ad Oporinum cum aliis nonnullis, cum aliquot abhinc annis illa impressa fuisset.
In expeditionem contra Turcas Henrici Bebelii ad Maximilianum elegia.
De expeditione in Turcas suscipienda, *V.* Nicolai Reusnerii.
De expeditione in Turcam Brentii homilia.
Pro expeditione contra Turcam consultatio Leonis X. Papæ, *Vide* consultatio.
De expeditione contra Turcam suscipienda Cardinalis Gurcensis ad S. Rom. Imp. & Electores Epistola, *V.* Raimundi Tituli.
De expeditione contra Turcam Cardinalis Gurcensis ad Helvetios.
Explanatio super Alcoranum autore Joanne Leone Nardo quæ impressa est Basileæ an. 1533. a Porco *in-octavo.*
Expostulatio Europæ cum Germania, *V.* Pauli Chimarei.
Expugnatio arcis Temesuari descripta per Joannem Sambucum ad Bonfinum, folio 813.
Expugnatio arcis Tochei an. 1565. per Lazarum Svendium autore Joanne Sambuco, quæ invenietur in Bonifacio recens impresso fol. 818.
Expugnatio regni Granatæ a Rege Hispaniarum Ferdinando per Tragœdiam repræsentata, *V.* Granatæ Regni.

Expugnatio Castelli-novi, *V.* Castelli-novi.
De expugnatione Regni Granatæ, *V.* Carolus Verardus.
De expugnatione Rhodi Jacobi Funtani Epistola.
Expugnatur secundo Constantinopolis a Mahumete, *V.* Constantinopolis.

F

Faber, *V.* Joannes Faber.
Fagellus, *V.* Simon Fagellus.
Felicis Petantii Cancellarii Segniæ libellus de itineribus in Turciam, excusus Viennæ Austriæ a Joanne Syngrenio 1522. *in-quarto* & *in-octavo* lib. 8.
Felicis Petantii ad Uladislaum Hungariæ & Bohemiæ Regem liber, quibus itineribus Turci sint aggrediendi *in-fol.* Basileæ M. Jod. Naff. an. 1564. *V.* Historiæ Saracenorum.
Ferdinandus Archidux cum nondum esset Imperator, apud eum de rebus Turcis actum est.
Ferdinandus Cæsar ut prælium cum Turca ineat protrepticus sive exhortatio, *V.* Friderici Nauseæ.
Ferdinandus Hungariæ & Bohemiæ Rex quid dixit, & quando coram illo actum est de bello contra Turcas suscipiendo, *V.* Georgii Agricolæ.
Ferdinandi Hungariæ & Bohemiæ Regis ad Christi fideles compendiosa adhortatio, ut adversus immanissimi Turcarum Tyranni impetus contributionem de bonis a Deo collatis faciant, emissa Linzio 28. Augusti 1529. *in-octavo.*
Ferdinandi Archiducis Austriæ in Hungariam expeditio per Wolfgangum Lazium, *V.* Expeditionis.
Ferdinandi Hispaniarum Regis victoria Racensis contra Mauros per Didacum Murum an. 1487.
Ferdinandi Hispaniarum Regis res gestæ contra Mauros Granatenses, an. 1488. a Didaco Muro descriptæ.
Ferdinando Cæsari dicatæ preces aliquot piæ ad Deum contra Turcam, *V.* Joannis Cavalerii.
Ferdinando Romanorum Regi dicatus liber Arabice scriptus, continens Ottomannorum res gestas, *V.* Ottomannorum res gestas.
Ferdinando repræsentata per Tragœdiam a Rege Hispaniarum Regni Granatæ expugnatio, *V.* Regni Granatæ.
Ad Ferdinandum Regem Germania per Georgium Sabinum, an. 1540.
Ad Ferdinandum Regem Pimpinelli de bello Turcico Oratio, *V.* Vincentii Pimpinelli.
Fidei Christianæ confessio Saracenis facta.
Finis Mahumeti, *V.* chronicon Wolphgangi Drechsleri.
Francisci Rovadilli Archidiaconi Toletani Paraphrastica precatio ad Deum Optimum Maximum pro adipiscenda victoria deffendendisque rebus Christianis a Turcarum viribus super Psalmum: *Deus venerunt gentes in hereditatem tuam*, & de Joanne Petreio Norimbergæ 1532. *in-octavo.*
Francisci Chævegati Oratoris Apostolici ora-

G

Gratulatoria oratio Carolo V. Imperatori dicata, *V.* Francisci Dilfi.
Griphius, *V.* Bartholomei Griphii.
Guichardus, *V.* Thomæ Guichardi.
Guillelmi Caoursin, Rhodiorum Vicecancellarii, de obsidione Rhodi libellus excusus Ulmæ 1496. compactus in asseribus folii forma, sed obsessa fuit Rhodus 1480. hinc idem liber etiam supra habetur in Theca I. 3200. lib. 22. qui est *in*-4°. incertum quando editus.
Guilielmi Caoursin de oppugnatis a Turca Constantinopoli, Nigroponto, Rhodo ex commentariis Breiden-Bachii, liber *in-fol.* Basil. an. 1556. *V.* Laonicus Calcondyla.
Guilielmi Caoursin de Captione Hidruntinæ urbis *in-fol.* Basil. an. 1556. *V.* Laonicus Chalcondyla.
Guenzii obsidio, *V.* Melchioris Soiterii.
Gurcensis Cardinalis, *V.* Raimundi Tituli.

H

Hadrianus Papa VI. apud hunc de bello Rhodio actum.
Hadrianus VI. Pont. Max. ad quem est missa Epistola de capta Rhodo, *V.* Jacobi Funtani.
De Hæresi Heraclii, *V.* Heraclii.
Haitonis ordinis Præmonstratensis historia partium Orientalium, sive passagium Terræ Sanctæ an. 1300. Excusa vero Haganoæ per Joannem Secerinum an. 1529.
Hartmannus Maurus de bello adversus Turcas necessario.
Henricus Angliæ Rex quando apud hunc actum contra Turcas, *V.* Joannis Fabri.
Henricus Penia ad Cardinalem de Sanlis de gestis Sophi contra Turcas Epistola scripta Constantinopoli an. 1514. *in*-4°.
Henrici Peniæ de gestis Sophi contra Turcas Epistola *in-fol.* Basil. an. 1556. *V.* Laonicus Chalcondyla.
Henricus Behelius Instingensis ad Maximilianum in expeditionem contra Turcas Elegia.
De Heraclii hæresi & principatu ac lege Mahumetis. Extat in confut. fol. 1. & desinit fol. 20.
Hermannus Dalmata de doctrina Mahumetis. Item de vita & Successoribus ejus.
Hieremiæ Lamentatio, Ungarorum aliarumque gentium a Turcis oppressarum afflictionibus accommodata, *V.* Martini Rachocii.
Hieronymus Beck, dedicavit D. Ferdinando Romanorum Regi librum continentem Ottomannorum res gestas, Arabice scriptum, *V.* Ottomannorum Res gestæ.
Hieronymi Balbi Episcopi Gurcensis ad Clementem VII. Papam, cui additus alter libellus continens Turcarum originem, mores, imperium, sine nomine loci aut temporis, nisi forte sit editus quo tempore sequens ejusdem autoris liber Romæ est evulgatus, hoc est anno 1526. *in*-4°. Clemens autem septimus vixit in Pontificatu, ann. 1524. & sequentibus novem annis.
Hieronymi Balbi de rebus Turcicis impress. Romæ ap. Minitium Calvum.
Hieronymi Comitis Alexandrini de bello in Insulam Melitam gesto Commentarius, *V.* Commentarii.
Hieronymi Savonarolæ Commentatiuncula. *V.* Commentatiuncula.
Hierosolymitana Cruciatorum expeditio, *V.* Kudberti historia.
Hierosolymitanus eques, *V.* Laudivius.
Hierosolymitani equitis præfatio ad Franciscum Beltrandum Comitem, in Epistolas magni Turcæ Mahumetis, *V.* Laudivii equitis.
Hildegardis libris expertus Tractatus tertius de quinque futuris temporibus & tractatus quartus de persecutione Ecclesiæ Sanctæ sub Turcis. Volumen est manuscriptum in charta folii forma.
Hispaniarum Regis Ferdinandi Catholici res gestæ ad Malacam per Didacum Murum descriptæ.
Hispaniarum Regis Ferdinandi res contra Mauros Granatenses anno 1488. a Didaco Muro descripta.
Hispaniarum Regis Catholici Victoria Bacensis, *V.* Bacensis.
Ab Hispaniarum Rege Ferdinando per tragœdiam repræsentata Regni Granatæ expugnatio, *V.* Granatæ Regni.
Historia belli ad Belgradum, quod Pater Mathiæ Regis Hungariæ propugnavit, à Turcis gesti, *V.* Rausani Epitome.
Historia Kudberti de expeditione Hierosolymitana, *V.* Kudberti historia.
Historia partium Orientalium, seu passagium Terræ Sanctæ, *V.* Haitonis.
Historia captæ a Turcis Constantinopolis per Leonhardum Chiensem Mitylenes Archiepiscopum, qui ab hoste unà obsessus & captus fuit neque alia scribit, quam quæ coram vidit & cognovit. Excusus Norimbergæ in Officina Joannis Montani & Ulrici Neuberi 1544. *in*-4°.
Historia Laurentii Hohenwarti de origine, progressu & rebus gestis Turcarum, *V.* Laurentii Hohenwarti.
Historia temporum eorum quibus deliberatio Imperatoris Maximiliani I. de bello Turcico suscepta fuit, *V.* Georgii Sabini.
Historia oppugnationis Rhodi, *V.* Rhodi.
Historia universale dell' origine & Imperio de Turchi Racolta da Historiæ Saracenicæ, Libri III. *V.* Celii Augustini Curionis.
Historiæ de Saracenorum, sive Turcarum origine, moribus, nequitia, Religione, rebus gestis, itemque de ordinatione Politiæ eorumdem domi & foris, ac disciplina ordineque militiæ Turcicæ, deque itineribus in Turciam, unà cum vitis omnium Turcicorum Imperatorum ad nostra usque tempora, ex variis autoribus collectæ *in-fol.* Basil. M. Sod. Nass. 1564. Continet autem hoc volumen multa alia singulatim impressa. Sunt autem omnia tractatibus novem comprehensa.
Historiæ de bello cum Saracenis per Christianos maxime Gallos ante annos 450. gesto, *V.* Roberti Monachi.
In Historias Saracenorum Martini Lutheri præfatio, *V.* Martinus Lutherus.
Historiola belli Turcici an. 1556. gesti, *vide* Basilii Joannis Heroldi.

Hoënwartus, *vide* Laurentius Hoënwartus.
Homilia Brentii de expeditione in Turcam.
Homiliæ de Regno Hungariæ a Turcis oppresso, *vide* Jacobus Sadoletus.
Homiliæ XXII. Joannis Brentii sub incursionem Turcarum ad Populum dictæ, *vide* Joannis Brentii.
Humillima dedicatio precum contra Turcam, *vide* Joannis Gerlachi.
Hungaria, *vide* Ungaria.
Hultenus, *vide* Ulricus Hultenus.
De Hydruntinæ urbis captione, *vide* Guilielmus Caoursin.

J

Jacobi Andreæ orationes e Germanico in Latinum conversæ contra religionem Mahumetanam.
Jacobi Cavicoi oratio urbium ad Maximilianum Friderici III. filium anno 1491. scripta.
Jacobi de Curte, Oratio de oppugnatione Rhodi & fuga Turcarum anno 1480.
Jacobi Funtani, Judicis appellationum Rhodiorum Epistola elegantissima ad Adrianum Pontificem Maximum missa Rhodo post devictam a Turcis Insulam. Excusa Tubingæ 1523. *in*-4°.
Jacobi Funtani Brugensis de bello Rhodio, libri tres *in-fol.* Basileæ 1556. *vide* Laonicus Chalcondyla.
Jacobi Funtani de Rhodi expugnatione Epistola.
Jacobi Funtani oratio enarrans totum bellum Rhodiense, habita ad Hadrianum VI. Pontificem Maximum.
Jacobi Locher Spectaculum, *vide* Spectaculum a Jacobo Locher.
Jacobi Sadoleti Episcopi Carpentoractensis de bello Turcis inferendo.
Jacobi Sadoleti de Regno Hungariæ a Turcis oppresso & capto Homilia, *in-fol.* Basil. M. Jodocus Nass. 1564. *vide* Historiæ Saracenorum.
Jacobi Wimphelingi Philippica. Cui additus est quintus Dialogus de bello Turcis inferendo Heidelbergæ recitatus an. 1498. impressus Argentorati a Martino Scoto eodem anno.
De Jerosolymitanis Regibus Chronica. Rhapsodia ...... ad Jesum Christum pro Christianis contra Turcas Joannis Silesii elegia & Philippica prima.
De Immortalitate animæ oratio, *vide* Stephani Basignanatis.
Imperator Turcarum Soltanum proprium filium necari curat, *vide* Soltani.
Ad Imperatorem Fridericum missa historia oppugnationis Rhodi a Turcis facta, *vide* Rhodi.
Imperatoris Turcarum Epistolæ ad varios populos, Respublicas & Reges & horum vicissim ad ipsum scriptæ & per Laudivium Equitem Hierosolymitanum collectæ, *in*-4°. Lugduni anno 1520. Libellus quinque quaternionum.
Imperatorum Turcicorum vitæ, *vide* historiæ.
Ad Imperii Romani Electores Heliani exhortatorium Carmen de bello contra Venetos

A & Turcas suscipiendo.
Del Imperio & Origine de Turchi racolta d'Historia universale.
In Imperii Conventu Wormatiensi oratio habita anno 1521. *vide* Oratio.
Incursio Turcorum in Germaniam, *vide* Joannis Brentii.
In Incursionem Barbarorum pestis & famis tempore oratio ad Deum dicenda, *vide* Nili Patris.
Contra Infideles arma capessenda exhortatio, *vide* Stephani Basignanatis.
Ingenheimerus, *vide* Georgii Ingenheimeri.
Innocentii VIII. nomine oratio habita ad Carolum VIII. Galliarum Regem a Leonello Episcopo de trahendo in Papæ potestatem fratre Imperatoris Turcarum. B
Ad Innocentium VIII. Pontificem de bello Turcis inferendo oratio Philippi Callimachi.
De Institutis Turcicæ gentis, *vide* Christophorus-Richerius.
Insulæ-Melitæ descriptio, *vide* Villagagnon.
In Insulam Melitam Bellum Turcicam gestum, an. 1565. *vide* Commentarii Hieronymi.
De Interitu gentis Turcicæ præsagium, *vide* Prognome.
Intestina Germaniæ bella toti Europæ perniciosa, *vide* Pauli Chimarrhei. C
Joachimi Camerarii de bello Turcico oratio.
Joachimi Mynsingerii Dentati a Frundeck Jurisconsulti * Necharides item exhortatio ad bellum contra Turcas. Basileæ Michaël Isengrinius an. 1540.
Joannis Alberti legati Regis Poloniæ oratio pro auxilio contra Turcas, *vide* Nicolai Rosembergerii.
Joannis Antonii Campani Episcopi Apruntini ad exhortandos Principes Germanorum contra Turcas oratio habita in conventu Ratisbonensi, Friderico Austriaco Imperatore.
D Joannis Antonii Elaminii oratio contra Turcas ad Leonem X. Papam ex Seravalle 1518. ....
Joannis Antonii Flaminii belli Africani descriptio excusa Bononiæ per Vincentium Bonardum, an. 1536.
Joannis Antonii Flaminii Conflictus ille Pannonicus in quo Pannoniæ Rex interiit. Excusus Bononiæ per Vincentium Bonardum, an. 1536. *in-quarto.*
Joannis Aventini de bello in Turcas suscepto oratio ad Carolum & Ferdinandum Cæsares, an. 1532.
Joannis Bapt. Catanei Carmina de certo Turcarum adventu, non tamen credito, cum exhortatione ad arma in eos suscipienda, excusa *in-quarto*, incertum a quo, ubi, aut quando, certe tempore Leonis X. Pont. E
Joannis Baptistæ Egnatii Veneti de origine Turcarum, *in-fol.* Basileæ Henricus Petri, an. 1533.
Joannis Brentii homiliæ XXII. sub incursionem Turcarum in Germaniam ad populum dictæ Francoforti excudit Petrus Brubachius, an. 1526.
Joannis Brentii de expeditione in Turciam homilia.

Joannis Cantacuzeni Constantinopolitani A Regis contra Mahumeticam fidem Christiana & Orthodoxa ante annos fere ducentos conscripta assertio per Rudolfum Gualtherum Tigurinum e Græco in Latinum sermonem conversa, *in-fol.* 1550.

Joannis Cavalerii preces aliquot piæ ad Deum contra Turcam, Ferdinando Cæsari dicatæ: est liber manuscriptus in membrana incertum quando.

JoannisChristophori Calueti Stellæ deAphrodisio expugnato, quod vulgo Africam vocant, commentarius excusus Antuerpiæ a Martino Nutio 1551. *in-8°.* & alius *in-fol.* Basileæ, anno 1556.

Joann. Crispi, Ægei maris ducis, de Naxo Insula a Turcis occupata Epistola, *in-fol.* Basileæ, an. 1556. *vide* Laonic. Chalcondyla. B

Joannis Cuspiniani oratio protreptica ad Sacri Romani Imperii Principes & Proceres ut bellum suscipiant contra Turcum, cum descriptione conflictus nuper in Hungaria facti, quo periit Rex Hungariæ Ludovicus, Viennæ, *in-4°.* per Joannem Singrenium.

Joannis Cuspiniani oratio protreptica ad Sacri Romani Imperii Principes & Proceres & qua via Turcus Soliman ad Budam usque pervenerit ex Alba Græca, cum enumeratione clara dotium, quibus a natura dotata C est Hungaria, *in-fol.* Basil. Joannes Hervagius & Joannes Oporinus, an. 1553. Eadem oratio est in volumine 5. 7124. L. ultimo, *in-quarto*, excusa Viennæ per Joannem Singrenium.

Joannis Eckii homiliæ V. ex Bibliis desumptæ, sperandam esse brevi victoriam adversus Turcam. Excusæ Augustæ ab Alexandro Weissenhorn, an 1532. *in-quarto.*

Joannis Etrobii de Tuniceæ urbis & Gouletæ expugnatione liber, *in-fol.* Basileæ 1556. *vide* Laonicus Chalcondyla.

Joannis Fabri oratio de origine, potentia ac Tyrannide Turcarum ad Henricum Re- D gem Angliæ dicta Londini, an. 1528. Viennæ, item *vide* De origine, potentia.

Joannis Fabri Episcopi Viennensis sermo pro felici victoria adversus infideles habita Pragæ 1537. *in-quarto.*

Joannis Fabri Episcopi Viennensis sermones consolatorii habiti ad plebem ejus ac Christi milites super immanissimi Turcorum Tyranni altera imminente obsidione urbis Viennensis, anno 1532. *in-quarto*, Viennæ Joannes Singrenius.

Joannis Galensis liber de origine, progressu & fine Mahumetis, *vide* Chronicon Vulfgangi Drechsleri. E

Joannis Gerlachi Franconis humillima Dedicatio aliquot pictarum imaginum, piorum Carminum, precationum præsertim contra Turcam, vaticiniorum, item encomiorum & insignium in laudem Maximiliani II. Romanorum Cæsaris, Manuscriptus, *in-fol.*

Joannis Heroldi, *vide* Joannis Basilii Heroldi.

Joannis de Hese Trajectensis Presbyteri, a Jerusalem per diversas mundi partes itinerarium, cui tractatui est addita Epistola Soldani Babyloniorum ad Pium Papam II. & hujus ad illum responsio, quæ duæ Epistolæ huc quoddammodo pertinent. Incœptum est autem itinerarium conscribi anno 1389.

Joannis Leonis Nardi super Alcoranum explanatio, *vide* Explanatio.

Joannis Ludovici Vivis de Europæ discidiis & bello Turcico dialogus.

Joannis Ludovici Vivis de conditione vitæ Christianorum sub Turca libellus, *vide* historiæ Saracenorum.

Joannis Martini Stellæ de Alba in Hungaria a Turcis expugnata Epistola, *in-fol.* Basil. 1556.

Joannis Martini Stellæ de Altemburgi munitione, *in-fol.* Basil. 1556.

Joannis Martini Stellæ de Turcarum in Regno Hungariæ, annis 1534. & 1544. gestis Epistola, *in-fol.* 1556.

Joannis Martini Stellæ de munitione Urbis Viennæ, *in-fol.* Basil. 1556.

Joannis Mercurii Corrigiensis exhortationes in Turcas, *vide* Exhortationes.

Joannis Rami, de rebus a Turcis gestis, & de eorumdem origine libri 2. *in-fol.* Basil. anno 1556. *vide* Laonic. Chalcondyla. Item, *vide* Rerum Turcicarum.

Joannis Sambucii descriptio arcis Temesuari Expugnationis, *vide* Expugnatio.

Joannis Sambucii descriptio expugnationis arcis Tokei per Lazarum Svendium factæ, *vide* Expugnatio.

Joannis Sambucii expositio obsidionis Zygeth, *vide* Obsidionis.

Joannis Sambucii brevis narratio rerum ad Agriam gestarum, anno 1552. *in-quarto.*

Joannes Schertenbeccius de militaribus Turcarum magistratibus, *in-quarto.*

Joannis Silesii Elegia pro Christianis contra Turcas.

Joannis Samblerii dialogus de Tartarorum, Saracenorum, Turcarum, Judæorum & Gentilium sectis & religionibus ac earumdem confutatione & cum nostræ Apostolicæ fidei, historiarum figurarumque, præterea utriusque Testamenti Sacrarum Scripturarum compendiose insertarum approbatione succincte digestus, excus. Augustæ, per Erhardum Oglin & Georgium Nadler, anno 1507. *in-quarto.*

Joannis Silvestris Ungari Elegia de bello Turcis inferendo excusa Viennæ a Joanne Singrenio, ann. 1544. *in-4°.*

Joannis Viterbiensis, Ordinis Prædicatorum glossa, seu expositio super Apocalypsin de statu Ecclesiæ, ab ann. 1481. usque ad finem mundi, & de gloriosissimo triumpho Christianorum in Turcas & Mahumetanos, quorum secta & Imperium incipiet breviter deficere ex fundamentis Joannis in Apocalypsin & ex sensu ejusdem literali apertissimo cum consonantia ex indiciis Astrorum. Excudit Coloniæ Martinus de Werdena, *in-octavo.*

Joannis de Tuvortz Chronicon Hungariæ

Jovius, *V.* Paulus Jovius.

Isidorus Cardinalis de capta Constantinopoli, *in-fol.* Basil. 1556. *V.* Laonici Chalcondylæ.

Itinera in Turciam, *V.* Felicis Petantii. Item historiæ * 5^{d}. 6850. l. 3.

Itinerarium Joannis de Hese a Hierusalem per A varias mundi partes, *V.* Joannis de Hese.

Pro Judæa & sepulchro Christi recuperandis bellum a Christianis contra Turcas gestum, *V.* Benedicti de Acoltis.

Judæorum Secta & Religio confutata, *V.* Joannis Stambleri.

Justini Gobleri de bello contra Turcam suscipiendo exhortatio.

K

Kudberti historia de expeditione Cruciatorum Hierosolymitana ex Concilio Claromontensi in Gallia sub Urbano Papa II. ann. 1092. in Alvernia celebrando, *in-fol.* B manuscriptus liber partim in charta, partim in membrana.

Kys, *vide* Petri Litterati Kys.....

L

Ladislai de Macedonia Episcopi Waradinensis oratio habita Augustæ in Comitiis ad Imperatorem Carolum V. & Principes Germaniæ & reliquos Romani Imperii status pro Ungaris & Schlavis: excusa Augustæ ann. 1530. *in*-4°.

Ladislai Vecesii Pannonii ad Sixtum IV. Pontificem de bello contra Turcas suscipiendo oratio. C

Lætus, *vide* Pomponius Lætus.

Lamentatio Hieremiæ afflictionibus Hungarorum accommodata, *V.* Martini Bacocii.

Laonici Chalcondylæ Atheniensis de origine & rebus gestis Turcorum libri 10. nuper e Græco in Latinum sermonem conversi, Conrado Clausero Tigurino interprete. Adjecta sunt varia ejusdem Argumenti opuscula numero 28. excusa omnia Basileæ anno 1556. per Joannem Oporinum, sed ex officinis Ludovici & Michaëlis Martini.

Laudivii Equitis Hierosolymitani opera: collectæ Imperatoris Turcarum ad Respublicas & Reges Epistolæ, *vide* Imperatoris Turcarum. D

Laudivii Equitis Hierosolymitani ad Franciscum Beltrandum Comitem, in Epistolas Magni Turci Mahumetis præfatio, quam ipsæ Epistolæ subsequuntur, excusa sine temporis aut loci expressione, *in*-4°. Idem liber habetur melius excusus. J. 3051. l. 15. Est autem sententiarum gravitate refertissimus.

Laurentianus, *V.* Arnoldus Laurentianus. Item Ungariæ ad omnes.

Laurentii Hohewarti Thyrsirantini historia Turcarum ad 800. annos repetita: liber folii forma, manuscriptus ann. 1532. Continet E autem hic liber optimam & accuratam rerum Turcicarum Epitomen duobus libris comprehensam, quorum in altero gentis Turcicæ originem & progressum usque ad Ottomannos hodie regnantes persequitur, in altero vero Ottomannorum seriem usque ad annum nati Christi 1532. propagatam deducit.

Lazarus Svendius expugnat arcem Tokei, *V.* expugnatio.

Lazius, *V.* Wolfangus Lazius.

Leonis X. Papæ consultatio pro expeditione contra Turcam, *V.* consultatio.

Leonelli Episcopi Traguriensis oratio Innocentii Summi Pont. VIII. nomine ad Carolum VIII. Francorum Regem habita, de tradendo in Papæ potestatem fratre Imperatoris Turcarum.

Leonhardi Chiensis Mitylenes Archiepiscopi historia captæ a Turcis Constantinopolis, *V.* historia captæ. Item, *V.* Laonicus Chalcondyla, *in-fol.* 1556.

Leonis X. & Cardinalium, Regumque & Principum oratorum consultationes pro expeditione contra Turcam.

Leopoldi Dickii oratio de expeditione contra Turcas suscipienda ann. 1537.

Lex Saracenorum, *V.* Alcoranus.

Legis Mahumeticæ confutationes, id est, Alcorani, a doctissimis Viris conscriptæ.

De Lege Mahumetis, *V.* Heraclii.

De Lege Turcarum Antonius Menavinus.

Libellus de itineribus in Turciam Felicis Petantii.

Litania pro Sacra Romana Majestate & pro Serenissimo Archiduce & aliis omnibus contra crudeles Turcas præliantibus, *in-fol.* manuscriptus non compactus.

Locher, *vide* Jacobus Locher.

Ludovicus Vives, *vide* Joannes Ludovicus Vives.

Ludovici Vivis Censura de Alcorano & Mahumete quæ extat in primo exemplari confutationum, pag. 2.

Ludovici Heliani Vercellensis oratio ad Francorum Regem de bello contra Turcas suscipiendo habita Augustæ anno 1510. coram Imperatore Maximiliano I.

Ludovici Heliani carmen exhortatorium ad Imperatorem Romanorum & Electores de bello contra Venetos & Turcas suscipiendo.

Ludovici Regis Hungariæ obitus, *vide* Joannes Cuspinianus.

Ad Ludovicum Regem Hungariæ & Carolum V. Imp. Regis Persarum Epistolæ de perpetuo foedere & armis sociis contra Turcam capessendis.

Lucilli Philalethei oratio ad Germaniæ Principes & Spiræ Conventum de bello in Turcas suscipiendo. Excusa apud Andream Calvum 1542. *in*-4°.

Lusitaniæ Regis nomine oratio ad Xistum IV. Pontificem Summum habita.

Lutherus, *vide* Martinus Lutherus.

M

Macedonia, *vide* Ladislai de Macedonia.

Mahumetes Pseudo-Propheta, *vide* Christophorus Richerius.

Mahumetis Abdalæ filii Theologia dialogo explicata, *in*-4°.

De Mahumetis generatione, *in-fol.* 201.

De Mahumetis vita. Dalmata.

De Mahumetis Doctrina. Dalmata.

De Mahumetis successoribus.

Mahumetis ejusque successorum vitæ, doctrina ac ipse Alcoranus Basileæ anno 1550. *in-folio.*

De Mahumetis origine Pomponius lætus, *vide* Pomponius lætus.

A Mahumete secundo Constantinopolis expugnatur, *vide* Constantinopolis.

De Mahumete Censura, *V.* Ludovicus Vives.

De Mahumete & Saracenorum rebus habetur

p. 2. primi exemplaris confutationum.
Contra Mahumeticam fidem Joannis Cantacuzeni Christiana assertio, *vide* Joannes Cantacuzenus.
Mahumeticæ legis confutationes, quam Alcóranum vocant, a Viris doctis conscriptæ, *vide* Confutatio.
De Mahumetis rebus Nicolai Cleonardi Epistolæ.
Mahumetanæ Sectæ errores, *vide* Pii II. Pont. Max.
Contra Mahumetanam Religionem Jacobi Andreæ orationes, *vide* Jacobi Andreæ.
Magister discipulum, ruinam Populi Christiani & victoriam Turcarum in eos deplorantem, ex Sacra Scriptura consolatur, *vide* Dialogus inter discipulum.
De Magistratibus militaribus Turcarum Scheitenbeccius, *in*-4°.
Magnesius, *vide* Eleutherii Magnesii Epidaurii.
In Magni Turcæ Mahumetis Epistolas Laudivii Equitis Hierosolymitani ad Franciscum Beltrandum Comitem præfatio, *vide* Laudivii Equitis.
Malaca: de rebus ad Malacam gestis.
Mantuanus, *vide* Baptista Mantuanus.
In Mantuano Conventu habita Æneæ Sylvii oratio de bello Turcis inferendo, *vide* Æneæ Sylvii.
Marci Antonii Coccii Sabellici de Clade Sontiaca, lib. *in-fol.* Basil. 1556. *vide* Laonici Chalcondylæ.
Marci Antonii Nattæ de bello in Turcas gerendo oratio.
Marci Antonii Rhodii Archiepiscopi ad Alexandrum Sextum Pont. Max. oratio pro Rhodiorum obedientia ann. 1493. *in*-4°.
Martini Barletii de obsidione Scodrensi in Dalmatia ad Leonardum Lauretanum Ducem Venetorum libri tres, unà cum concionibus quibusdam a Mahumete Turcarum Principe, & ab aliis militiæ præfectis artificiose compositæ. Excusum Venetiis per Bernardum Venetum de Vitalibus anno 1504. *in*-4°. item, *in-fol.* Basil. 1556. *vide* Laonicus Chalcondyla.
Martini * Tyrnanini opusculum ad regni Hungariæ proceres, *vide* oratio habita.
Martini Lutheri Epistola, sive præfatio in historias Saracenorum, *in-fol.* M. Jod. Nass. 1564. Basil. *vide* historiæ Saracenotum.
Martini Lutheri Exhortatio saluberrima ad preces contra Turcam fundendas, *vide* Exhortatio saluberrima.
Martini Rakocii Turociensis Lamentatio Jeremiæ Prophetæ, quæ tum temporis quadrabat ad ærumnas Pannoniorum & gentium a Turcis oppressarum, versibus reddita anno 1556. *in*-8°.
Maurus, *vide* Hartmannus Maurus.
Maximilianus Imperator: apud hunc de Turcis tractatum, *vide* Georgii Sabini.
Maximiliano II. dedicati varii libri contra Turcas, *vide* Joannis Gerlachi & Petri Litterati Kys...
Apud Maximilianum I. Imperat. Actum de rebus Turcicis, Augustæ anno 1510. in comitiis, item anno 1518. in Augustano Conventu.

A Coram Maximiliano I. Imperatore contra Turcas actum, *vide* Richardi Bartolini...
Ad Maximilianum in expeditionem contra Turcas, Henrici Bebelii Elegia.
Melchioris Soiteri a Vinda Juris-Consulti de bello Pannonico, sive Austriaco, seu Viennensi, quod anno 1529. & 1530. gestum est per Fridericum Comitem Palatinum Rheni Bavariæque Ducem adversus Solimannum & Amyram Caroli V. Imperatoris & Ferdinandi Cæsaris designati auspiciis gestum est, libri duo. Hujus libri index promittit etiam Stratagematicon & rerum Turcicarum Epitomen ad invictissimum Cæsarem Ferdinandum, eodem Melchiore Soitero autore. Item librum unum de Turcarum militaribus Magistratibus, & ad D. Maximilianum Cæsarem autore Joanne Scheitembechio Jure-Consulto & Regio Consiliario. Sed hi duo postremi libri desiderantur in hoc volumine. Excusa hæc sunt *in*-4°. 1538. incertum ubi.
Melchioris Soiteri a Vinda de bello Pannonico libri duo, *in-fol.* Basil. 1556. *vide* Laonic. Chalcondyla.
Melitæ Insulæ descriptio, *vide* Villagagnon.
De Melitæ obsidione & expeditione Turcicæ Classis commentariolus, *vide* Bartholomæi Griphii.
In Melitam Insulam bellum Turcicum gestum, anno 1556. *vide* Commentarii.
Melitensis belli descriptio per Celium Secundum Curionem, *vide* belli Melitensis.
De Melitensi bello commentarius, *vide* Villagagnonus.
Menavinus, *vide* Antonius Menavinus.
Michaëlis Bocignoli Ragusei Epistola ad Gerhardum Planiam Cæsareæ Majestatis Secretarium, in quo exponit causas rebellionis * Axinati a Solimanno Turcarum Imperatore Ragusii ann. 1524. *in*-4°.
Militaris disciplina Magni Turcæ, *vide* Conradi Adelmanni.
De Militaris disciplinæ ordine apud Turcos Ragusini cujusdam scripta.
De militaribus Turcorum Magistratibus Scheitembeccius, *in*-4°.
De Militiæ Turcicæ ordine, *vide* Historiæ.
Miracula quæ mense Decembri 1524. visa sunt unà cum prælio quod feliciter gestum est a Pannoniis contra Turcas æstate superiori ex secundo libro Epistolarum C. Batti Parmensis. Excus. Romæ 1524. *in*-4°.
Mitylenes Archiepiscopus, *vide* Leonhardus Chiensis.
Monachi historiæ libri, *vide* Roberti Monachi.
Monachi quidam Ordinis Prædicatorum Tractatum quemdam de Turcis collegerant ann. 1474. *vide* Tractatus.
Monitoria Pii II. ad Turcam oratio.
Morbisanus respondet Epistolæ Pii II. *vide* Pii II. Papæ.
Morbisani Turcarum Principis ad Pium Papam responsio, *in fol.* Basil. 1564. M. Jodocus Nass. *vide* Historiæ Saracenorum.
Ad Morbisanum extat Epistola a Pio II. scripta, *vide* Pii II. Papæ.
Mores, ritus & ceremoniæ Turcarum, *vide* Bartholomæi Georgievitz.
Morum & rituum Turcorum descriptio.

De

Ordo & Militaris disciplina magni Turcæ, *vide* Conradi Adelmanni. A
OrdinesSacri Romani Imperii coram his actum contra Turcam cum oratione Arnoldi Laurentiani.
Ordinatio Politiæ Turcarum domi & foris incerto autore, Basil. *in-fol.* 1564. M. Jod. Nass. *vide* Historiæ Saracenorum.
Orichovius, *vide* Stanislaus Orichovius.
Orientis partium historia, sive passagium Terræ-Sanctæ, *vide* Haitonis.
Origo, ordo, militaris discipliua, potentia, Tyrannis, progressus & res gestæ Turcarum, *vide* Conradi Adelmanni. Item Joannis Fabri. J. 3051. l. 2. Stoz. 20. Item Laurentii Hoheuvarti. B
Origo, progressus & finis Mahumetis & quadruplex reprobatio Prophetiæ ejus, *vide* chronicon Wolfgangi Drechsleri.
De Origine Mahumetis, Pomponii Læti, *vide* Pomponii Læti.
De Origine Regum Turcarum, *vide* Andreas a Lucana (*al.* Lacuna).
De Origine Turcarum, *vide* Joannes-Baptista Egnatius.
De Origine Turcarum Epistola, *vide* Theodorus Gaza.
De Origine Turcarum, lib. 10. *vide* Laonici Chalcondylæ. Item l. 2. *vide* Joannes Ramus. Item Ragusini cujusdam scripta, item Christophorus Richerius, item Nicolaus Euboicus. C
De Origine Turcorum Sylvii commentatiuncula, *V.* Æneæ Sylvii.
De Origine Saracenorum historiæ.
De Origine, cremento, potentia & gestis Turcarum & de Christianitatis per eos afflictione. Autor hujus libri ignoratur excus. *in*-4o.
De Origine & rebus gestis Turcorum, *V.* Wolfgangius Drechslerus.
De Origine, potentia & Tyrannide Turcarum oratio ad Regem Angliæ dicta Londini a D. Joanne Fabro, an. 1528. *in octavo.*
Orzechouskius Ruthenus, *vide* Stanislaus Orzechouskius.
Osiander, *vide* Andreas Osiander. D
Ottomannorum res gestæ ad nostra usque tempora D. Ferdinando Romanorum Regi a Hieronymo Beck a Leopolidorf dedicatus. Manuscriptus Arabice Turcico more compactus, *in quarto.*
De Ottomanni Imperio & successoribus ipsius. *V.* Richerius.
Ottonis Brunfelsii Oratio ad Principes & Christianos omnes; ut afflictionibus Rhodiorum militum S. Joan. Baptistæ ordinis succurratur, an. 1532. apud Andream Cratandrum, *in-quarto.*

P

